z3° ca° dr̃ ſic. Mulier oĩs relinquēs uiꝝ ſuū ⁊ ſtatuēs hereditatē ex alieno mr̃imonio p̃ in lege altiſſimi icredibil' fuit. ⁊ z° uirū ſuū dereliqt. 3° in adulterio fornicata ē. ⁊ ex alio uiro filios ſtatuit ſibi. Nec in eccĺia adducet̃. ⁊ in filios ei⁹ reſpiciet̃. Nõ tradēt filii ei⁹ radices. ⁊ rami eius nõ dabūt fructū. Derelĩquet ĩ maledictū memoriā illius. ⁊ dedecus illius nõ delebit̃. Et Sap. 3° ca° dr̃ ſic. Filii adulteroꝝ in ɔſumatione erūt. ⁊ ab iniq̃ thoro ſemē exterminabit̃. Et ſi qdē longe uite erūt in nihilū ɔputabūt. ⁊ ſine honore erit nouiſſima ſenect⁹ illoꝝ. Et ſi celeri⁹ defūcti fuerīt. nõ hēbūt ſpem. nec in die agnitõis loqutionē. Natiões. n. inique. dire ſūt ɔſumatiõis. Hibi. Et logĩ de illis q ſunt imitatores ſcelerū pr̃noꝝ. ſicut ſunt coĩter taliter generati. qa hõ nalr̃ imitat̃ eos a qbꝫ educationē ⁊ inſtructiõꝫ accipit. 3° Yſaias. 57° ca° dic ſic. Poſuiſti memoriale tuū qa diſcooꝑuiſti te ⁊ ſuſcepiſti adulteꝝ. dilataſti cubile tuū. ⁊ pepigiſti cū adulteris fedus. Dilexiſti ſtratuꝫ eoꝝ manu apta. ⁊ ornaſti te regio vnguēto. ⁊ multiplicaſti pigmēta tua. Humiliata es uſqꝫ ad inferos. Et Jere. 3° ca°. dr̃ ſic. Vulgo dr̃. Si dimiſerit vir uxorē ſuā. ⁊ recedēs ab eo duxerit uirū aliuꝫ. nūqd reuertet̃ ad eū ultra? Nūqd nõ polluta ⁊ contaminata erit mulier illa? Tu aūt fornicata es cū amatoribꝫ multis. Vnuſqſqꝫ ad uxorē ꝓximi ſui ĩhiabat. Nūqd ſuꝑ his nõ viſitabo dic dñs. ⁊ in gēte tali nõ ulciſcetur aĩa mea? 4° Ezech. 33° ca° dr̃ ſic. Feciſt̃ abhoĩatões. ⁊ vnuſqſqꝫ uxorē ꝓximi ſui polluit. nunqd terrā hereditate poſſidebitis? Viuo ego dicit dñs. Qui ĩ ruinoſis habitāt. gladio cadēt. ⁊ q in agro ē beſtiis tradet̃ ad deuorandū. Qui aūt ĩ p̃ſidiis ⁊ ĩ ſpelūcis ſūt peſte morient̃. ⁊ dabo terrā in ſolitudinē. ⁊ deſertū ⁊c. Et Oſee. z° ca°. Auferat fornicatões ſuas a facie ſua. ⁊ adulteria ſua de medio uberū ſuoꝝ. ne forte expoliē eā nudā. ⁊ ponā eā q̃ſi ſolitudinē. ⁊ interficiā ei. ⁊ filioꝝ illi⁹ non miſerebor ⁊c. Et ſic pꝫ ⁊c.

Quarto d̃clarat̃ eadē ɔclõ teſtimonio legĩ hūanalis. Sciendū q adulteriū 4. mala facit. P° adducit penā tpalē. quia facit ꝑdere bona tpalia. cūm ſit cõtra leges mūdanas. in qbꝫ legim⁹ q ꝓpter delictum ɔmiſſū ɔtra hoiem mortalē. mulier perdit dotē tpalē. C. de repudiis. l. cõſenſu. ⁊ l. iubem⁹. ⁊ oꝫ oĩbꝫ bonis uiri ꝓuari. nõ obſtāte ɔtraria ɔſuetudine. z° adducit mõtē corpalem. qa lex ciuilis punit adulteruꝫ ⁊ adulteram pena capitis. ff. de adulter̃. l. lex iulia. C. de adulter̃. l. graccus. Iſte. n. leges multū ꝑpendetāt adulteriū. qd ē matrimonii fractio. fidei falſificatõ. ⁊ falſorū heredū occaſio. 3° adducit ɔfuſionē mūdialē. Nā. ff. de origie iur̃. l. i. in textu ⁊ ĩ glõ. hr̃ q Tarqn⁹ rex romanorū expulſus fuit de reg̃ ſuo ꝓpter petm̃ adulterii cum Lucretia. ⁊ eadē. l. §. ⁊ cū placuiſſet. hr̃tur qūo ꝓpter culpā icontinētie. qdā occidit filiā ſuā. docens caſtitateꝫ filie uite eius eē p̃ferēdā. Sup quo dic glõ. q caſtitas ſola põt hoīuꝫ aĩas ſaluare. ⁊ deo p̃ſentare. ut ĩ Autētica. de lenonibꝫ. §. p̃. In crimine vo adulterii uiri ſūt magĩ puniēdi q femine. ff. ad legem iuliam de adulter̃. l. ſi uxor. § iudex. in. ff. nouo. li° x°. Si g̃ vis hr̃e caſtaꝫ mulierē. ſis caſt⁹. qa maior honeſtas oꝫ eē ĩ uiro q ĩ muliere. Vn̄ Aug⁹ li° de. x. cordis. ⁊ hr̃. 32. q. 7. ca° nõ mechaberis. reꝑhendit unū q caſtitatē uoluit in uxõe ſua. ⁊ nõ in ſemetipſo. cuꝫ deberet v̓tute uxoreꝫ p̃cedē. ſub ĩpetu libidinis cadit. ſicqꝫ uult uxorē fore uictricē. ⁊ ipſe uult uictus iacē. ⁊ cū ipſe uxoris ſit caput. ipſa eū p̃cedit. ⁊ ſic dom⁹ ei⁹ capite deorſū pēdet. 4° adducit penā eternalē. Deus. n. dure iudicabit adulteros ĩ iudicio ſuo qd ē multo iuſti⁹ iudicio hūano. in q diſtricte rñdebunt d̓ oĩbꝫ dāpnis. qa q dat occaſionē dāpni culpa intueniente de dāpno toto rñdebit. ff. ad legē aqliā. l. q occidit. Et ſicut pr̃ terrenus põt iuſte exheredare filiū ſuū q ĩmunde ⁊ ĩpudice uiuit. ⁊ etiā filiā quo ad hereditatē t̃renā. C. d̓ ĩofficioſo teſtõ. l. ſi filiā. Ita pr̃ celeſtis adul̃os priuat hereditate et̃na. Eph. 5°. Hoc aūt ſcitote ĩtelligentes q oĩs fornicator aut ĩmund⁹ nõ hꝫ hereditatē ĩ regꝫ xp̄i ⁊ dei. Et Theſal. 6°. Neqꝫ adulteri regnū dei poſſidebūt. Poſtqꝫ vo Moyſes declarauit ɔclõne p̃dictaꝫ. ait aīe deuote. Que ego noui fidelit̃ te docui. Sꝫ ecce h̃ ē ſcūs Thomas de Aqno doctor noui teſtĩ. q uiā iuſtificationū dei ĩſtruet te. ⁊ exercebetis in mirabilibꝫ ei⁹. uiā ĩiqtatĩ adulterii āmouebit a te. ſcd̄m legē dei. Ad quē aſtāte Moyſe acceſſit aĩa deuota. p ſue ɔclõnis clariõi noticia. Cui ſcūs Tho. ait.

Ego oñdam tibi ɔclõnē tuā eē uerā teſtimonio legis q̃dtuplicis. s.

| | |
|---|---|
| Legĩ Euāgelice. | Euāgelice. Sciēdū |
| Legĩ Apoſtolice. | q xp̄s illaꝫ ꝓbauit |
| Legĩ Canonice. | q̃dtuplici teſtimo- |
| Legĩ Eccl̃iaſtice. | nio. P° Math. 19° |

Primo teſtimonio legĩ. ca°. Acceſſerunt ad Ihm phariſei tēptātes eū ⁊ dicētes. Si licet hoĩ dimittē uxorē ſuā quacūqꝫ ex cā. Qui rñdens ait eis. Nõ legiſtis. qa q fecit ab initio maſculū ⁊ feminā. fecit eos ⁊ dixit. ꝓpt̃ h̃ relinquet homo pr̃em ⁊ matrem. ⁊ adherebit uxoĩ ſue. ⁊ erūt duo ĩ carne vna. Itaqꝫ iā nõ ſūt duo ſꝫ vna caro. Qd g̃ deus ɔiūxit. hõ non ſepet. Dicūt illi. Quid g̃ Moyſes mandauit dari libellū repudii. ⁊ dimittē? Et ait illis. Qm̄ Moyſes ad duritiaꝫ cordis ur̃i pmiſit uob dimittē uxores ur̃as. Ab initio aūt nõ fuit ſic. Dico aūt uob. qa qcūqꝫ dimiſerit uxorē ſuā excepta cā fornicatiõis ⁊ aliā duxerit. mechat̃. ⁊ q dimiſſaꝫ duxerit mechat̃. Hibi. z° Mar. x° ca°. Quicūqꝫ dimiſerit uxorē ſuaꝫ ⁊ aliā feminā duxerit adulteriū ɔmittit ſup eā. Et ſi uxor dimiſerit virū ſuū ⁊ alii nupſerit. mechat̃. Hibi. 3° Luc. 16° ca°. Oĩs q dimittit uxorē ⁊ ducit alterā. mechat̃. Et q dimiſſaꝫ a viro ducit. mechat̃. Hibi. Propterea Valeri⁹ li° z° ca° p̃. de ĩſtitutis antiqs. dic ſic. Mulieres que vno ɔtente fuerāt mr̃imonio corona pudicitie. i. honeſtatis honorabant̃. Exiſtimāt enĩ eū p̃cipue matrone ſincera fide ĩcorruptū aĩuꝫ eē. q p⁹ depoſite v̓ginitatis cubile. ĩ publicuꝫ egredi neſciret. i. poſt p̃mū mr̃imoniū alteri nõ nubit. Multoruꝫ mr̃imonioꝝ expiētiā q̃ſi legitime cui⁹daꝫ ĩtēꝑantie ſignū eē credētes. Repudium int̃ uxorē ⁊ virū a ɔdita vrbe uſqꝫ ad cēteſimū ⁊ qnquageſimū annū nullū inceſſit. Prim⁹ āt Spuri⁹ corbili⁹ uxorē ſterilitatĩ cā dimiſit. q q̃qꝫ tollerabili rõe motus videbat̃. reꝑhenſiõe tñ non caruit. Quia nec cupiditatē qdē liboꝝ ɔiugali fidei p̃poni debuiſſe arbitrabant̃. Sed quo matronale decus v̓ecūdie munimēto tuti⁹ eēt. in ius uocāti matronā corp⁹ ei⁹ attingē nõ pmiſerūt. i. ut honor mulieris fultus eēt tutore v̓ecūdie. Vt ĩuiolata man⁹ aliene tactu ſtole relinqret̃. i. ne uetule ingrerēt pudicitiā ei⁹. Hibi. 4° Ioh. z° ca°. Nuptie fcē ſūt in chana galilee. ⁊ eāt mr̃ Ihu ibi. Vocatus ē aūt Ihs ⁊ diſcipuli ei⁹ ad nuptias. Vbi ɔuertit aquā in vinū miraculoſe. In ſignū q xp̄us approbat mr̃imoniū. Circa qd notant̃. 4. ɔclõnes. ut pꝫ ex euāgelio ⁊ epl̃a. Prima ɔclõ. Inflāmatio ɔcupiē ĩ adulterĩ publico iudicio vīdicāda ē. Pꝫ qa ſi p iudiciū publicuꝫ iudicis vir ꝓcuret uxorē adulterā occidi eā accuſando nõ liuore vindicte ſꝫ amore iuſticie. licite facit. Si vo extra iudiciū occidit uel facit occidi nõ licet ſcd̄m legē diuinā. lꝫ ĩ aliquo caſu pmittatur ſcd̄m legē ciuilē. ut qñ inuenit uxorē in actu adulterii. tūc. n. lex ꝓpt̃ ĩcitamentū nõ punit morte ſicut alia homicidia. q̃uis alit̃ puniat ſatis acriter. ut. ff. de adulter̃. l. ſi adulteriū. §. ſi maritus. Ex q̃ ſeqūtur. 7. correlaria. Primuꝫ correlariū ē. Vir nõ põt accuſare uel dimittē uxorē adulterā ſi ipſe met ɔuĩcitur de fornicatiõe. Pꝫ. 32. q. 6. p totū. Extra de diuortiis. ca° ſignificaſti. Iõ dr̃ in euan°. prexit. Secundū correlariū. Siqs ĩfidelis diugē repudiauit q nubit alteri. poſtea vir cõuertit̃ ad fidē. ⁊ mulier ſilr̃. ipſa tenetur eū recipē. Pꝫ extra de diuortiis. ca° gaudem⁹ §. ultĩo. Iõ dr̃ ĩ euāgelio. Ihs. Tertiuꝫ correlariū. Mulier credēs virū ſuū defunctū q tñ non ē defunct⁹ ſi nubat alteri viro marit⁹ pmus rediens tenet̃ eā recipē. Pꝫ 34. q. z. ca° cū p bellicā. ⁊ ca° cū ĩ captiuitate. ⁊ ca° ſi v̓go. iõ dr̃. in montē. Quartū correlariū. Si mulier fuit latenter cognita ab eo quē credebat eē uirū ſuū excuſat̃ ab adulterio. Pꝫ. 34. q. z. ca° in lectū. Iõ dicit̃ oliueti. Quĩtū correlariū. Mulier vi ab aliq̃ oppreſſa excuſat̃ ab adulteĩo. Pꝫ. 32. q. 5. ca°. ꝓpoſito. Qd ĩtelligit̃ de vi abſoluta. aliter nõ excuſat̃. 32. q. 7. ca°. oẽs cauſatões. iõ dr̃. ⁊ diluculo. Sextū correlariuꝫ. Si maritus recõciliat ſibi uxorē ſuā p⁹ adulteriū uel eā publice adulterantē retinet ĩ ɔſortio maritali. excuſat̃ ab adulterio. Pꝫ 32. q. 3. ca° z° ⁊ 3°. C. d̓ adulter̃. l. crimen adulterii. iõ dr̃. ĩtuꝫ uenit. Septimū correlariū. Si vir ꝓſtituit uxorē ſuā. ipſa excuſat̃. Pꝫ extra de eo q cognuit uxorē. ca° diſcretiõi. iõ dr̃. ĩ templū. Sed nūqd marit⁹ põt uxorē dimittere ꝓpter adulteriū. Rñdet q accuſare ⁊ dimittē eā põt. nõ tñ alteri nubē. Et eodē mõ uxor uirū adulterantem. Pꝫ. 32. q. i. ca° ſiqs uxorē. Et. q. 5. ca°. p̃cepit. ⁊ ca° xp̄iana. In. 4. caſibꝫ poteſt h̃

fieri. ¶ 3º ex ſuſpitõe uiolẽta ⁊ certa. Exẽ-
plũ. ſi ꝓbatur ꝙ fuit ſolus cũ ſola. nudus
cũ nuda. in eodẽ lecto. aut ſimul in multiſ
locis ſecretis. ⁊ latebris accomodis. ⁊ hor̃
electis. tũc libe uxor dimittit̃. Pʒ. 32. q. i.
ca.º dixit dñs. Extra de pſũptõibꝫ. ca.º lr̃is.
2º carnali fornicatiõe extra clauſtra pu-
doris. ſiue cũ puero. ſiue cũ muliẽ. ſiue cuʒ
ꝓpa uxore. Pʒ. 32. q. 7. ca.º adulterij. Et. q
4. ca.º meretrices ¶ 3º fidei abnegatiõe. ut
ſi maritus uel uxor icidat in hereſim. aut
iudaiſmuʒ. aut gentilitatẽ. ⁊ trahat diu-
gẽ ad ĩfidelitatẽ. poterit tũc fieri ſepatõ.
Pʒ. 28. q. i. ca.º ydolatria. Extra de diuor-
tijs. ca.º ꝗſiuit. ⁊ ca.º de illa. 4º manifeſta
fornicatiõe de q̃ non ſpatur correctio. Pʒ
qa aliter uideret̃ ꝯſentire pctõ. Jõ dr̃ in
euãgelio. Et oĩs pp̃ls uenit ad eũ. ⁊ ſedẽſ
docebat eos. s. de approbatiõe mr̃imonij
⁊ reprobatõe adulterij. Et in epl̃a dicit̃.
Erat vir ĩ Babilone noĩe Joachim. ⁊ ac-
cepit uxorẽ noĩe Suſannã ⁊c̃. uſqꝫ. ſollici
tꝰ uidẽ eã. ¶ Secũda ꝯclõ. Machinatio
malitie magĩ ĝuat̃ in uxõe adulterãte q̃ꝫ
in uiro. Pʒ qa lʒ vir ⁊ uxor ad paria iudi-
cent̃ q̃tũ ad penã. nõ tñ q̃tũ ad cãʒ. Pri-
ma ps ꝓbat̃. 32. q. 5. ca.º ꝑcipit. ubi dr̃ ſic.
Quicqd viris ꝑcipit̃ hʼ ꝯñter redũdat ad
feminas. Neqꝫ. n. adultera uxor dimittẽ
da ẽ. ⁊ vir mechꝰ retinendꝰ ẽ. Apud nos
qd̃ nõ licet feminis. eque nõ licet viris.
hʼ ibi. Secũda ps ꝓbat̃. qa mulier peccat
ꝯtra bonũ fidei aliũ cog̃ſcendo. ⁊ contra
bonũ ꝓlis. cũ cauſet ĩcertitudinẽ prolis.
Supponit. n. uiro alienũ partũ. Vir autẽ
peccat ꝯtra bonũ fidei tñ ¶ Licʒ aũt in eo
debeat uigẽ rõ hʼ tñ nõ ptinet ad mr̃imo-
niũ. Vñ ſimplr̃ loquẽdo. Mulier adulte-
rãdo plus peccat ꝯtra ſtatuʒ mr̃imonij q̃ꝫ
uir. Jõ dr̃ in euan.º ꝙ phiſei ⁊ ſcribe addu
cũt mulierẽ dephenſaʒ ĩ adultio ad Jhm.
⁊ ſtatuerũt eaʒ ĩ medio ⁊c̃. ⁊ de adultero
nihil dicũt. Sʒ ĩ epl̃a dr̃ de adulterĩ. Dixe
rũtqꝫ alter ad aliuʒ ⁊c̃. uſqꝫ. neſciebantqꝫ
intus ſenes eẽ abſcõditos. ¶ Tertia ꝯclõ
Sacerdos fornicãdo ĝuius peccat q̃ꝫ cõiu
gatus adulterãdo. Pʒ qa ſacerdos vouit
ſollẽpnit̃ ꝯtinentiã ab oĩ muliere ⁊ tota-
liter ſe deo dedicauit. Coniugatꝰ aũt iura-
uit mulieri fidelitatẽ. ⁊ ad oppoſitũ ꝯtinẽ
tie ſe obligauit. ĝ ſacerdos magis ſe elon-
gauit ab actu carnis. Preterea votuʒ ſacer-
dotis ẽ ſollẽpnizatũ p ſacrũ ordineʒ. Jura-
mentũ aũt cõiugati ẽ ſollẽpnizatũ p mr̃i-
moniũ. Sed ordo ſacer ẽ dignior q̃ꝫ ſacra-
mentũ mr̃imonij. qa directe ⁊ ĩmediate
applicat hoĩeʒ ad ꝯficiendũ corpus chriſti
uerũ in ſacro altaris. qd̃ ẽ maximuʒ quod
homĩ poſſit cõicari in hac uita. ĝ ⁊c̃. ¶ 3º ſic
Grauiꝰ peccat monialis fornicãdo. q̃ꝫ diu-
gati adulterãdo. ꝓpter votũ ꝯtinẽtie ſol-
lẽpnizatũ p ꝓfeſſionẽ. Sed ĝuius peccat ſa
cerdos fornicãdo q̃ꝫ monialis uel religio-
ſa. ĝ grauiꝰ peccat ſacerdos fornicando q̃ꝫ
cõiugati adulterãdo. cũ ſit magĩ ſollẽpnit̃
obligatꝰ ad ꝯtinẽtiã ¶ Cõfirmat̃. 27. q. i.
ca.º Propoſito meliore lapſas ſi nupſerint
feminas a caſtitate ſcilicet que vouet̃ deo.
adulterĩ eẽ peiores manifeſtũ ẽ. hʼ ibi. De
ꝯtinentia ſacerdotũ. hr̃. 31. diſt̃. p totum.
Jõ de ſacerdotibꝫ accuſantibꝫ adulteraʒ. q
eodẽ crimine ĩuoluti erãt dr̃ in euan.º Jhſ
aũt iclinans ſe deorſũ ⁊c̃. uſqꝫ. ⁊ mulier in
medio ſtãs. De adulterio ſacerdotũ dr̃ in
epl̃a. Cũ aũt egreſſe eẽnt puelle ⁊c̃. uſqꝫ.
exaudiuit autẽ dñs uocẽ eius ¶ Quarta
ꝯclõ. Si p ſñiam diuortij ſepatus ẽ vir ab
uxore adultera. ⁊ poſtea uelit eã ſibi recõ
ciliari. ipa ꝯtradicẽte iuſticie ꝓtectiõe põt
ꝯpelli ad reditũ. Pʒ qa vir q nõ peccauit
põt petere eã ꝯpelli inuitã. non obſtante
ſñia diuortij. qa qd̃ fauore meo introduc-
tũ ẽ. in dãpnũ meũ retorqueri nõ dʒ. C. d̃
legibꝫ. l. qd̃ fauõe. ar. 32. q. i. ca.º ñ ẽ. Jõ ma
ritus hñs adultere petẽs a xp̃o eã ſibi recõ-
ciliãri. Erigẽs ſe Jhs. dixit. Mulier ubi ſũt
q te accuſabãt! Nemo te ꝯdẽpnauit. Que
dixit. Nemo dñe. Nã qa vir eiꝰ fornicatꝰ
fuerat occulte. lʒ iſta fornicata fuiſſet ma-
nifeſte. nõ poterat vir ſuꝰ eã accuſare. neqꝫ
ſine pctõ dimittẽ ꝑcipue cuʒ utriqꝫ ageret
pñiaʒ de adultio. iõ dixit ei xp̃s. Nec ego
te ꝯdẽpnabo. Vade. s. ad vitũ tuũ. ⁊ am-
plius iã noli peccare. s. adulterãdo. Sicqꝫ
abſoluta fuit adultera a pena mortĩ. Sicut
Suſanna abſoluta fuit p ſui ĩnocentiã ⁊ ca
ſtitatẽ a ſñia necis. ut dr̃ in epl̃a. Cũqꝫ du-
ceret̃ ad mortẽ ⁊c̃. uſqꝫ ad finẽ. Et reſtitu
ta fuit uiro ſuo Joachim cũ maxĩo honõe
⁊ laude dei.

Secũdo declarat̃ eadẽ ꝯclõ teſtimoĩo
legĩ Aplice. ⁊ hʼ q̃drupli̾. pº beatus
Petrus. i. epiſtola. ca.º 3.º dicit ſic. Mulieres
ſubdite ſint uiris ſuis. ut ⁊ ſiq non credũt
ỽbo. p ꝯuerſationẽ mulierꝝ ſine ỽbo lucri-
fiãt. quarũ ſit nõ extriſecꝰ capillatura. aut
circũdatio auri. aut ĩdumẽti. aut ueſtimẽ-
torꝝ cultus. ſʒ q abſconditꝰ ẽ hõ cordis ĩ in-
corruptibilitate q̄eti ⁊ modeſti ſpũs. q eſt
in cõſpectu dei locuplex. Sic. n. ⁊ aliqñ ſcẽ
mulieres ſpantes ĩ deũ. ornabãt ſe ſubiec
te ꝓprijs virĩ. ſicut Sarra obediebat Abra
he dñm eũ uocãs. cuiꝰ eſtis filie bñfacien
tes ⁊ nõ ꝑtimẽtes ullã ꝑturbationẽ. hec
ille. Sup quo dĩc glõ. ꝙ mulieres eorꝝ q ĩ
tribulatiõe erãt ꝯtempnebãt viros. ⁊ ut
alijs placerẽt ſe pulchre ornabant. Quod
fieri aplus ꝓhibet. Unde circa ornatum
mulierꝝ ꝯſiderãde ſũt. 4. cãe ¶ Prima eſt
cã mãlis. s. ut cultꝰ exterior ꝯpetat ꝯditõi
pſone ſcd̃ʒ ꝯſuetudinẽ coẽm. iõ ſi mulier
ꝯiugata aut nubere cupiẽs. ornet ſe iuxta
ꝯditiõʒ ⁊ ſtatũ uiri ſui. nõ peccat. Siqua
ỽo mulier uirũ nõ hẽat. nec hr̃e intendat.
nec ſit in ſtatu hñdi. nõ põt abſqꝫ peccato
ultra ꝯditionẽ ſui ſtatus ornare ſe. Unde
i. Thimot̃. 2º ca.º dr̃. Sĩlr̃ mulieres ĩ habi-
tu ornato cuʒ ỽecũdia ⁊ ſobrietate ornan-
tes ſe nõ in tortis crinibꝫ. aut auro. uꝉ mar
garitis. uel ueſte ꝑcioſa. ſʒ qd̃ decet mulie-
res ꝓmittẽtes pietatẽ p opa bona. hec ibi
¶ Secũda cã ẽ formalis. Aliud. n. ẽ fingere
pulchritudinẽ quã nõ hʒ. ⁊ aliud ẽ occul-
tare turpitudinẽ ex aliq̃ cã ꝓuenientẽ. pu
ta egritudine uel aliquo alio accñte. Hoc
n. ẽ licitũ. qa ſcd̃ʒ aplm̃. i. Cor. 7º ca.º Que
putamus ignobiliora mẽbra corpis. his
habundantiorẽ honorẽ circũdamꝰ ¶ Ter-
tia cã ẽ efficiẽs. puta uti fucamẽtis adhibi
to flauo colore. uel nigro pului̾. uel rubo
re. ut rubicũdior uel candidior appareat.
Vñ Augꝰ in epl̃a ad Poſſidiũ. dĩc. Fucãi
figmẽtis ꝙ rubicũdior uel cãdidior appa-
reat. adultina fallacia ẽ. q̃ nõ dubito ipſos
maritos nolle ſe decipi. hʼ ille. Etiã ĩ modo
agẽdi. s. apponẽdo nimiaʒ ſollicitudinem
circa exteriorẽ ornatũ. ⁊ hoc nõ ẽ licitum.
¶ Quarta cã ẽ final̾. q põt eẽ multiplex. pº
ad vanã glãm. Gregꝰ ĩ omel̾. Si cultꝰ ſub-
tiliũ ꝑcioſatiũqꝫ ueſtiũ culpa nõ eẽt. neq̃ꝫ
ſermo dei tã uigilant̃ exp̃meret ꝙ diues q
torquebat̃ apud inferos. biſſo ⁊ purpura
indutꝰ fuiſſet. Nemo qppe ueſtimẽta ꝑci-
pua ſtatũ ſuũ excedẽtia niſi ad ianẽ glãm
q̃rit. 2º ad delitias corpis ſcd̃m ꝙ ueſt̃ or
dinat̃ ad fomentuʒ corpis. 3º ad laſciuiaʒ
ꝓỽ. 7º ca.º Ecce mulier occurrit illi ornatu
meretricio ꝑpata ad capiẽdas aĩas ⁊c̃. 4º
ad viri ſui ꝯplacentiã. ne p eiꝰ ꝯtemptũ in
adulteriũ labat̃. i. Cor. 7º ca.º Mulier q nu
pta ẽ cogitat q̃ ſũt mũdi quoº placeat viro
ſuo. Sed hʼ ſolũ ꝓhibet aplꝯ. s. ne capillos
nudẽt. neqꝫ maritare. neqꝫ alie quecũqꝫ fe
mĩe. Si tñ hʼ fiat ex ꝯſuetudine talis ꝯſue-
tudo nõ ẽ laudabil̾ ¶ 2º Paulꝰ. i. Cor. 7º
ca.º dĩc. Hiis aũt q mr̃imonio iũcti ſũt ꝑci-
pio nõ ego. ſʒ dñs. uxorẽ a viro nõ diſcedẽ
Q. ſi diſceſſerit manẽ ĩnuptã. aut viro ſuo
recõciliari. Et uir uxorẽ nõ dimittat. hec
ille. Jn mr̃imonio ſũt ſex regule obſeruã-
de ſi debet eẽ meritoriũ ¶ Prima eſt. ꝯiu-
ges debẽt ſe ĩuicẽ caſto amore diligẽ. Eph
5.º Viri diligite uxões ur̃as ſicut xp̃s dile-
xit eccl̃iam. ⁊ ſe ipm tradidit ꝓ ea. ut illam
ſcĩficaret ⁊c̃. uſqꝫ. ut ſit ſcã ⁊ ĩmaculata ⁊c̃
¶ Secũda regula. ꝯiuges debẽt ſe inuiceʒ
fratna caritate corrigẽ. Eph. 5.º Subiecti
inuicẽ in timore xp̃i ⁊c̃. ¶ Tertia regula.
ꝯiuges debẽt ſe inuiceʒ mutuo honore re-
uereri. i. Pet. 3.º Infirmiori uaſculo hono-
rẽ ĩptientes. ¶ Quãta regula. ꝯiuges de-
bẽt inuicẽ caritatiue ꝯuerſari. Eph. 5.º Re
linquet hõ patrẽ. ⁊ ma. ⁊ adhe. uxori ſue.
¶ Quĩta regula. ꝯiuges debẽt ſe inuicem
adiuuare. Geñ. 2.º Faciamꝰ ei adiutorium
ſimile ſibi ⁊c̃. ¶ Sexta regula. ꝯiuges de-
bẽt ſibi inuicẽ debitũ reddẽ. i. Cor. 7.º Vir
debitum uxori reddat. ⁊ uxor uiro ⁊c̃. ¶ 3º
btũs Jacobꝰ in epl̃a. ca.º 4.º dĩc ſic. Adulteri
neſcitis qa amicitia huiꝰ mũdi inimica eſt
dei! Quicũqꝫ uoluerit amicus eẽ ſcli huiꝰ
ĩimicꝰ dĩ ꝯſtituet̃. hʼ ille. ¶ Dubitat̃. Si vir
q petit uxorẽ ſuã adulterã ẽ ſuſpectꝰ ꝙ ve-
lit eã occidẽ. an debeat ſibi rẽſtitui. Rñdet̃
ꝙ ſi mulier dĩc ſe hr̃e ſuſpectũ uirũ. ne for
te eã ledat. ⁊ cãm ỽiſilem oñdat. ad iudicẽ
ſpectat caueri ſibi facẽ ſufficiẽti cautiõe ꝙ
tractabit eã bñ. ſicut uir dʒ uxorẽ. ⁊ ꝙ nõ
ledet eã ĩ rebꝫ. uel pſona. ⁊ hꝰ ⁊ hãc cautõʒ
ꝑſtabit p iuramentũ. 32. q. i. ca.º de bñdic-
to. Si ỽo mulier nõ ꝯfidat de iuramẽto. dʒ
ꝑſtare cautionẽ pig̃raticiã. uꝉ fideiuſſoriã
ſub certa pena. ar. Extra ut lite ñ ꝯteſtata.
ca.º qm̃ frequẽt. Et. 23. q. 5. ꝓdeſt. Et. 2. q
4. ca.º ea vindicta. 4º btũs Johes Apcꝰ. 2º
ca.º dĩc ſic. Caritatẽ tuã primã reliqſti. Me-
mor eſto itaqꝫ vñ excideris ⁊ age pñiam ⁊
pma opa fac. Hoc habes bonũ. quia odiſti

facta nicholaitaꝝ. q̄ ⁊ ego odi. H̄ ille ¶ Iſte
Nicolaus fuit ex .7. dyaconibꝫ ordinatꝰ ꝑ
apl'os. Act. 6° ca°. q dixit ꝙ uxores debent
eē cōes. Qd' deus ualde deteſtat'. imo etiā
gētiles. Vn̄ Sen̄. tragedia. dicit ſic. Nec
regē ſociū ferre nec thede ſciūt. i. nuptie ⁊c.
Tertio declarat' eadē ꝯclo teſtimōio
legiſ Canonice. ⁊ h̄ q̄druplr̄. ¶ Primo rōe
inſtitutiōis. Vn̄ .32. q. 2. ca°. ſicut nō oīs.
dicit ſic. Prima īſtitutio ꝯiugij ī paradiſo
facta ē. ubi eēt imaculatꝰ thorus ⁊ hono-
rabiles nuptie. ex qbꝫ ſine ardore ꝯcipie
ꝯcipē. ſine dolore pareret. ¶ Secūda ꝓpt̄
illicitū motū eliminandū extra ꝑadiſum
facta ē. ut īfirmitas ꝓna in ruinā turpitu
dinis. honeſtate exciperetur ꝯiugij. Unde
apl's ſcribēs ad Cor. ait. Propt̄ fornica-
tionē vnuſqſq; ſuā uxorē hēat. ⁊ vnaq̄q;
ſuū virū hēat. H̄ ibi. ¶ 2° rōne defenſionis
Vn̄ .32. q. 4. ca°. nemo. §. nlli licet. dicit ſic.
Locus iſte docet grauius eē crimē ubi cele
brati cōiugij iura temerant'. ⁊ uxoris pu-
dor ſoluit. Ideoq; cū ꝑtenderet Abimelech
ꝙ uxorē alienā eſſe ignorauerit. quā ſoro-
rē ſuā uir ipſe. i. Abrahā. eē dixit. trādit ei
dn̄s. Et ego cognoui qm̄ puro corde h̄ fe
ciſti. ⁊ ideo peperci tibi ut nō peccares in me.
ꝓpter h̄ nō ſū paſſus te tangē eā. Cognoſ
cimꝰ uelut ꝑſulē cuſtodēq; ꝯiugij deū eē.
q nō patiat' alienū thoꝝ pollui. Et ſiqs fe
cerit. eū peccare in deū. cuiꝰ violet legem ⁊
grām ſoluat. ⁊ qa ī deū peccat ſacri celeſt'
amittit ꝯſortiū. H̄ ibi. ¶ 3° rōe ipletionis.
Vn̄ diſt. 26. ca°. deinde. dicit ſic. Quicqd bn̄
geſtū fuerit. ⁊ ſcd'm ꝑcepta legalia cuſto-
ditū. nō pōt facientibꝫ deputari. Nuptiarū
ḡ copula. qa dei mādato ꝑficit'. nō poteſt
dici pctm̄. ⁊ qd' pctm̄ non ē ſolui int̄ pctā
credi nō dꝫ. H̄ ibi. Ex q̄ pꝫ ꝙ m̄rimoniū ē
bonū ⁊ ſine pctō exercetur. qa dei ꝑcepto
ꝑficit'. ¶ 4° rōe approbatōis. Nā dāpnās
m̄rimoniū anathatizat'. Vn̄ diſt. 30. ca°. Si
qs nuptias in accuſationē duxerit ⁊ mu-
lierē religioſam ac fidelē cū uiro ſuo dor-
mientē abhominandā duxerit aut etiā ac
cuſandā crediderit. tāq; non poſſe ꝯiuga-
tos ī regnū dei igredi. anathema ſit. H̄ ibi.
Quarto dclarat' eadē ꝯclo teſtimonio
legiſ Eccl'iaſtice. ⁊ h̄ q̄druplr̄. ¶ Primo bea
tus Gregꝰ li° 22°. moral'. dicit ſic. Bonū eſt
ꝯiugiū. ſ mala ſūt que circa illud ex huiꝰ
mūdi cura ſuccreſcūt. Dn̄ ḡ tenet qd' non
nocet. ex rebꝫ iuxta poſit' omittit' plerūq;
qd' nocet. Sicut ſepe rectū mundūq; iter
ꝑgimꝰ. ⁊ cū ortis iuxta viā vepribꝫ ꝑ ue-
ſtimēta retinemur. ī uia qdem mūda nō
effundimur. ſ a laterē naſcitur q̄ pūgamur
H̄ ille ¶ 2° btūs Jeroꝰ in epl'a ad Rufinū.
dicit ſic. Sic boni filij adulteroꝝ nulla de-
fenſio ē adulterij. ſic mali filij ꝯiugatoꝝ
nullū crimē ē m̄rimonij. qa nō in ſeminibꝫ
ſ ī uolūtate naſcēti cā uitioꝝ ē atq; v̄tutū.
H̄ ille ¶ 3° btūs Amb°. li° de ꝑadiſo. dicit ſic.
Hedificauit dn̄s coſtā quā ſūpſit de Adā
ī mulierē. bn̄ dicit hedificauit. qa in viro ⁊
muliere uidet' eē quedā domus ꝑfectio.
Qui ſine uxore ē q̄ ī ſine domo ſe uidetur
hr̄e. Sic. n. vir publicis officijs. ita muli-
er domeſticiſ miſterijs habiliō extimat'. H̄
ille ¶ 4° btūs Augꝰ li° d' bono ꝯiugali dicit
ſic. Sic bonū erat qd' Marta faciebat occu-
pata circa miſteriū ſcōꝝ. ſ meliꝰ qd' Maria
audiēs v̄bū dei. Ita etiā bonū Suſanne ī
caſtitate ꝯiugali laudamus. ſ bonū vidue
Anne. ⁊ magiſ Marie v̄ginis āꝑponimus. H̄
ille. ¶ Quia v̄o .40. modis ꝯtra caſtitatē
m̄rimonij offendimꝰ ⁊ peccamus. ideo .40
diebꝫ abſtinemꝰ ⁊ ieiunamꝰ. Qui modi ſūt
iſti. ¶ Primo intentōe. puta ſiq ꝯtrahūt v̄bo. ſ
diſſentiūt aīo. aut ābo. aut alter eoꝝ. tunc
nō ē verū m̄rimoniū apd' deū. Si tn̄ ꝯſta-
ret de v̄bis eccl'ia poſſet eos ꝯpellere ſil' eſſe
cū de intentiōe nō ꝯſtet. Si tn̄ ſignis eui-
dētibꝫ ꝯſtaret de fictiōe ⁊ ſiſatōe (?) eccl'ia nō
iudicabit m̄rimoniū eē. alit' ſtabit uerbiſ
eoꝝ dictis. ¶ 2° extorſiōe. puta ſiqs ꝯtra-
hit ſponſalia uel m̄rimoniū nō hn̄s inten-
tionē ꝯtrahēdi ſ extorquēdi carnalem co
pulā. deīde cognoſcit eā. in foro iudiciali iu
dicat' m̄rimoniū. ſ nō in foro pn̄iali ⁊ cō-
ſciētie. ut hr̄ Extra d' ſpōſalibꝫ. ca°. tua. qm̄
ex alta pte dolꝰ affuit. ⁊ defuit aīo ꝯſenſus
ſine quo nequeūt cetera fedꝰ efficē ꝯiuga
le. Si tn̄ vult facē pniā; dꝫ eā ducē uel alti
ꝯdecenti copulare. ſi ſint eque ꝯditionis.
¶ 3° ꝯditōe. puta ſiqs ꝯtraxit cū aliq̄ uel
eo°. ſub ꝯditione. s. ſi pr̄i ſuo placuerit. ſed
anq̄ pater ꝯſentiat penitet. tn̄ pr̄ ꝯſentit.
nō ē uerū matrimoniū. qa nō eſt ꝯſenſus
niſi duret q̄uſq; pr̄ ꝯſentiat ⁊c. ¶ 4° iuio
latiōe. puta ſiqs dicat. Accipio te ī uxorē
ſi inuenīā te v̄ginē. poſtea ſeqtur coitus.
⁊ nō īuenit v̄go. lꝫ ī foro iudiciali iudicet'
m̄rimoniū. qa nō pn̄t hr̄i alie ꝓbationes
tn̄ in iudicio aīe nō ē m̄rimoniū. Extra d'
ꝯditiōe appoſita. ca°. de illis. ca°. ſup eo. ca°.
ꝑ tuas. Juſtū. n. ē ut mulier que mentita
fuit dcepta ꝑmaneat. ⁊ viro ſubueniatur
q forſan ītendit bigamiā vitare. ⁊ indēp
nitati ſue ꝯſulere. ¶ 5° ꝓmiſſione. puta ſi
qs dicat. ꝓmitto ꝙ nūq; deficiā tibi ī vita
mea. ⁊ ſequta ē carnal' copula. nō ꝑſumit'
eē m̄rimoniū. cū m̄rimoniū non ꝯtrahat'
ꝑ ꝓmiſſiōes negatiuas. niſi ꝯſtaret de fir-
mitate ꝯtrahēdi. ¶ 6° dimiſſione. puta ſi
qs ītendit ducere aliā dimiſſa iſta. nō eſt
m̄rimoniū. qa talis uidet' ꝯtrahere ad tē-
pus. 32. q. 2. ca°. ſolet q̄ri. Nā m̄rimoniū
reqrit indiſſolubilitatē. ꝓpter alligationē
ſacri. ¶ 7° fractiōe. s. fidei. puta ſiqs con-
trahit m̄rimoniū nō hn̄s ꝓpoſitū ſeruādi
fidē. ſ adulterādi. uel ꝓſtituendi uxorem
deducēdo iſtud ī pactū. nō ē m̄rimoniū.
Extra de ꝯditione appoſita. ca°. finali. ut pꝫ
¶ 8° indiſcretiōe. puta ſiqs furioſus. inſa
nus. mentecaptꝰ. uel fatuꝰ. dicēdo uerba
m̄rimoniū efficiētia. nō ꝓpter h̄ cōtrahit.
cū aīo ꝯſentire nō poſſit. 32. q. 7. ca°. neq; fu
rioſus. Et h̄ q̄diu ē ī furore. ¶ 9° aliena-
tiōe. puta ſiqs ita ē ebriꝰ ꝙ neſcit qd agat
nō pōt ꝯtrahē. cū nō ſit cōpos mētis ⁊ rō
nis. niſi poſtea ratū hēat qd' fecit ī ebrieta
te. qa tūc deeſt ei ꝯſenſus c nccio (?) requirit'
ad matrimoniū. ¶ 10° occultatōe. puta ſiqſ
occulte ⁊ clādeſtine ſine pn̄tia teſtiū ⁊ cō-
ſuetis ſollēpnitatibꝫ obmiſſis cōtrahit cū
aliqua. nō ꝑſumit' cōiugiū ſ fornicatio. 30
q. 5. alit'. Itaq; de nouo ⁊ publice ꝯtrahāt
⁊ faciāt pniam. qa ſcādalizauerūt eccl'iam
Nā poſſet alter alteꝝ dimittē. ⁊ ſic ī adul-
terio poſtea cū alia uel alio ꝑmanē. ¶ 11°
deceptiōe. s. ꝑ errorē ꝑſone. puta ſiqs di-
cat ſe eē Petrū ⁊ ſit Johes. ⁊ mulier cre-
dat ipm̄ eē Petꝝ. tūc nullū ē ꝯiugiū. quia
reqrit' certitudo ꝑſonaꝝ. Qui. n. errat nō
ꝯſentit. C. de iuris ⁊ facti ignorātia. l. cū ꝑ
teſtm̄. ⁊ l. nō idcirco ⁊c. ¶ 12° ignoratiōe
s. ꝯditiōis. ⁊ nō fortune aut q̄litatis. q̄ ad
pauꝑtatē uel' diuitias. v̄ginitatē. uel corru
ptionē. puta ſiqs lib' ꝯtrahit ignorant' cū
ancilla uel ſerua. aut lib'a cū ſeruo. nullū ē
m̄rimoniū. 29. q. 2. ca°. ſiqs īgenuꝰ. ca°. ſi fe
mina. Niſi poſtq̄ ſciuit ꝯditionē cōſenſit
v̄bo. uel facto. ¶ 13° manumiſſiōe. puta ſi
qs lib' ignorant ꝯtrahit cū ancilla uel' ſerua
quā dn̄s uiro ignorāte poſtea manumiſit
nō ē matrimoniū. Quia ꝙ uir cohabitet
mulieri h̄ eſt ex ꝑ ꝯſenſu. q cū fuerit erro-
neꝰ nō facit m̄rimoniū. ¶ 14° obligatiōe.
s. voti. puta ſiqs uel ſiq̄ vouit ſollēpnit' ꝑ
ſuſceptionē ſacri ordinis. uel ꝑ ꝓfeſſionē
tacitā uel expreſſam factā in aliq̄ religiōe
approbata. ſi poſtea cōtrahit nō ē m̄rimo-
niū. Si aūt vouit ſimplr̄ obſeruare caſtita
tē uel' nūq; ꝯtrahē. īpedit' a ꝯtrahendo. nō
aūt dirimit' iā ꝯtractū. Extra de voto. ca°.
qd' votū. li° 6°. ¶ 15° cognatiōe. s. carnali.
Nā ꝯſanguinitas q̄tū ad matrimoniū cō
trahendū īminatur in 4° ḡdu collateraliū
ꝑſonaꝝ. Extra de ꝯſanguinitate ⁊ affinita-
te. ca°. nō debet. Siq v̄o attinēt ſibi ex vna
pte in p̊ ḡdu. 2°. uel' 3°. ex alia pte in 5°. bene
poterūt ꝯtrahere. qa in ꝯſanguinitate ſꝑ ē
ſtandū remotiori ꝑſone. Extra de ꝯſangl'.
⁊ affi. ca°. ulō. In linea collateralium. duo
frēs ſūt in p̊ ḡdu. eoꝝ filij in 2°. ⁊ ſic dein-
ceps. Extra de ꝯſan. ⁊ affi. ca°. tua nos ⁊c.
¶ 16° regeneratōe. s. ſpūali in baptiſmo.
uel ꝯfirmatiōe. puta ſiq̄ mulier tenuit fi-
liū alterꝰ mulieris. ⁊ illa mulier tenēs ſit
uxor tua. ⁊ tenuerit filiū alterius anteq;
tu ꝯmiſceteris ei. lꝫ ſint ꝯmatres int̄ ſe mor
tua iſta poteris hr̄e aliā ꝯmatrē in uxorē.
ſi v̄o tenuit poſtq̄ a te fuit cognita. nō po-
teris hr̄e ſecundā. eo ꝙ ꝯpr̄ eiꝰ effectus es
Que ꝯpr̄nitas ꝯtrahit' in ſacro baptiſmi ⁊
ꝯfirmatiōis. ¶ 17° fornicatiōe. puta ſi tu
cognouiſti aliquā fornicarie ⁊ poſtea fis ꝯpr̄
alicuiꝰ alterꝰ ī baptiſmo uel ꝯfirmatiōe.
illa mulier fit ꝯmr̄ eiuſdē cuiꝰ tu es ꝯpat'.
tūc inter illā ⁊ ꝯpatrē tuū aut filiū eiꝰ non
pōt eē m̄rimoniū. Quia ſicut ꝯpr̄nitas trā
ſit ad uxorē q̄ a uiro ꝑus fuerat carnaliter
cognita eo ꝙ iā effecti ſūt vna caro. 30. q.
4. ca°. ſiqs ex ꝯiugio. Eadē rōne tranſit ad
aliā mulierē carnalit' cognitā. q̄uis non ſit
uxor. ut ibidē dicit glō. qa ꝑ fornicariū coi
tū acqrit' ꝯpr̄nitas. qa efficiūtur vna caro.
32. q. 4. ca°. in eo. Nā affinitas acqrit' ꝑ for-
nicariū coitū. 35. q. 3. ca°. de inceſtis. ca°. non
eā ⁊c. ¶ 18° baptizatiōe. puta ſiqs laycus
uel in minoribꝫ ordinibꝫ ꝯſtitutꝰ. baptiza
uit aliquā in caſu neccitatis nō pōt ꝯtrahē
m̄rimoniū poſtea cū illa. qa filia ſua ſpūal'
ē. Extra de cognatōe ſpūali. ca°. ne dū. li° 6°.
¶ 19° trāſitōe. puta ſiqs filioꝝ duoꝝ ꝯpa-
trū ſiue an̄ ſiue pꝰ ꝯpr̄nitatē uelit ꝯtrahē
cū illa ꝑſona ꝑ quā cōtracta ē ꝯpaternitas

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nullo mõ põt copulari.30.q.3.ca°. ſup qbꝰ.
⁊ ca°.pitaciũ.⁊ ca°.nõ oꝫ. ¶20.adoptione.
puta ſi adoptiuꝰ durãte adoptiõe ↄtrahit
cũ filia legiptima adoptãtis.nõ tenet ma
trimoniũ ſꝫ ſoluit̃.ut hꝫ̃ Extra ꝺ ↄgnatõe
legali que fit p adoptionẽ.ca°. vnico.ut cõ
ſtat. ¶21° machinatõe.s.mortis cũ effcũ
etiã ſi nõ itercẽſſerit adulterina pollutio.
puta ſiq̃ mulier machinata ẽ i mortẽ uxo
ris alicuiꝰ.⁊ ipam cũ effectu occiderit aĩo
hñdi uirũ illiꝰ in ſuũ. Silr̃ ſiqs machiatꝰ
fuerit ⁊ cũ effectu occiderit uirũ alicuius
ut hẽat eiꝰ uxorẽ. tales ſi ↄtraxerit ſũt pe-
nitus ſepandi.31.q.1.ca°.ſiqs viuẽte.Et ex
tra de ↄuerſiõe ĩfideliũ.ca°.laudabilẽ.Hoc
enĩ ẽ maximũ crimẽ.ut pꝫ. ¶22° adulte-
ratiõe.puta ſi adulterãtes pſtant ſibi iui-
cẽ fidẽ,pmittẽdo ſeu iurãdo q ↄtrahent.
⁊ uiuẽte altero ↄiuge fuiſſet int̃ eos adulte
rina pollutio.ſiue añ pmiſſionẽ.ſiue poſt.
nõ ualet matrimoniũ ¶23° religione.s.
diſparis cultus.puta ſi fidelis cõtrahit cuꝫ
ĩfideli iudeo uel pagano.nullũ ẽ mr̃imo-
niũ.28.q.1.§.ex his.⁊ ca°.caue. Vñ Exoꝺ.
34.⁊ Deut°.7°.ꝺr̃.Nõ accipies uxores filijſ
tuis de filiabꝰ alienigenaꝝ.ne traducãt eoſ
pꝰ deos ſuos.poſſet tñ eẽ mr̃imoniũ.ſi infi
delis ↄuerteret̃.28.q.1.ca°.nõ oꝫ. ¶24° co
actiõe.puta ſi pr̃ cogit libos ad ↄtrahẽdũ.
cũ aliq̃ obligatiõe.nõ tenet mr̃imoniũ.qa
ĩ mr̃imonio requirit̃ ↄſenſus.ꝑpt ꝑpetuam
obligationẽ que ibi ↄtrahit̃. Extra de ſpõ-
ſalibꝰ.ca°.requiſiuit.qa ſũt libi ad ↄſentiẽdũ
¶25° ordinatõe.puta ſiqs ẽ i ſacris ↄtra-
here nõ põt.⁊ ſi ↄtraxerit ſepabũt.diſt.32
ca°.ſiqs eoꝝ. ¶26 copulatõe.puta ſiqs al
teri ↄiugi ẽ alligatus.ea viuẽte aliã accipe
nõ põt.ſi ↄſenſit pori.alit̃ adulteriũ ↄmit-
tit.Extra de ſponſalibꝰ.duo lꝫ.Sed añ car-
nalẽ copulaꝫ põt ad religionem tranſire.
¶27° dubitatõe.puta ſiqs iuit ĩ regionẽ
longĩquã.⁊ uxor neſcit an ſit viuꝰ an mor
tuꝰ.ipa ↄtrahẽ non põt.donec certitudinẽ
recipiat de morte uiri.Extra de ſpõſalibus
ca°.in pñtia.Aut ũiſiliter de morte pſumat
p dilationẽ multã tpis.aut p eos q illuc ac
cedẽtes nihil de eo audierũt. ¶28° hone-
ſtatiõe.puta ſiq inter ſe ſpõſalia ↄtraxerit
nullus de ↄſanguinitate ſponſi põt habere
illã ſpõſam in uxorẽ.nec aliq̃ de ↄſangui-
nitate ſponſe põt hr̃e ſponſũ illũ in uiruꝫ.
Extra de deſponſatõe ipuberꝝ.ca°.ↄtinebat

§.ult.Et durat hꝫ ꝓhibitio uſqꝫ ad quãtuꝫ
gdũ ipoꝝ ↄſanguineoꝝ.ut nõtur ibidem.
¶29° deſponſatõe.puta ſiqs p̃ ↄtraxit ſpõ
ſalia cũ aliq̃.⁊ poſtea cũ alia ipiꝰ pme ↄſan
guinea idẽ fecit.oꝫ ↄtrahere cũ pma. Naꝫ
ſponſalia ſequẽtia nõ ĩpediũt p̃cedẽtia.Si
aũt eẽnt ſub ↄditõe facta pma ſponſalia.⁊
pendẽte ↄditiõe uir cõtrahat cũ alia pme
ↄſanguinea p ṽba de pñti.oꝫ manẽ cũ ſecũ
da.Extra de ſponſalibꝰ.ca°.ex ſponſalibus.
li°.6°.qa ↄditio nõ arguit publice honeſta
tis iuſticiã. ¶30.ꝓhibitiõe.puta ſi morit̃
pſona mediãte q̃ ↄtrahitur affinitas.s.ma
ritus uel uxor.ↄcubina uł ↄcubitor.rema
net affinitas q̃ erat ad cõſanguineos eius.
nec poteit int̃ eos mr̃imoniũ eſſe.35.q.4.
ca°.fraternitas. Etiã p fornicariã copulã cõ-
trahit̃ affinitas.35.q.3.ca°.nec eã.Extra de
eo q cognouit ↄſanguineã uxoris ſue.ca°.
diſcretionẽ.⁊ ca°.tue.Et hꝫ ẽ maximũ picu
lũ qꝺ fit in xp̃ianitate.ut pꝫ. ¶31° indiſpo-
ſitiõe.s.nãli ĩpotentia q̃ ẽ in frigido.ſi eſt
ꝑpetua ĩpedit mr̃imoniũ ↄtrahendũ ⁊ di-
rimit iã ↄtractũ.33.q.1.ca°.p̃.⁊ 2°.Extra de
ĩpotentia coeũdi.ca°.laudabilẽ. Idẽ dr̃ de
arratõe mulieris. ¶32° ꝓcuratõe.s.male-
ficii.puta ĩpotẽtia coeũdi q̃ ẽ p maleficiuꝫ
ſupueniens mr̃imonio añ carnalẽ copulã
ĩpedit mr̃imoniũ.⁊ dirimit cõtractũ ſi ſit
ꝑpetuũ.ita q celebrato diuõtio uterqꝫ põt
alteri copulari.33.q.1.ſi p fortiarias. Si ṽo
maleficiũ ſit tpale uel ꝓcuratũ mr̃imoniũ
pmanet.qa tale maleficiũ p aliꝺ maleficiũ
põt retũdi.dũmõ nõ ſit ĩuocatio demonis
aut aliquo deuoto mõ ⁊c̃. ¶33° occultatõe
puta ſiq clandeſtine ↄtraxerũt.qa ignorã
tia legiptie copulatiõis fuit affectata.filij
eoꝝ reputant̃ illegiptimi.Extra ꝺ clande
ſtina deſpõſatõe.ca°.cũ inhibitio ⁊c̃. ¶34°
diſtractiõe.s.aĩoꝝ.Nã tpe feriaꝝ poſſunt
ↄtrahi ſpõſalia ⁊ mr̃imonia.qꝺ fit ſolo cõ-
ſenſu.ſꝫ traductio uxoris.⁊ oĩs nuptiaruꝫ
celebritas ꝓhibent̃.Extra ꝺ matrimonio
ↄtra interdictũ eccl̃ie.p totũ.33.q.4.ca°.nõ
oꝫ.Quia ĩ eis aĩus ↄiugũ occupat̃ ad cãna
lia.⁊ ſic diſtrahũt̃ a ſpũalibꝰ. ¶35° reddi-
tiõe.s.debiti.Nã ſtatĩ ↄtracto mr̃imonio
nõ tenet̃ alt̃ ↄiugũ debitũ reddẽ.ſꝫ dat̃ tẽ-
pus duoruꝫ menſiũ.ꝓpter tria.p̃ ut poſſit
delibare de ĩtrãdo religioneꝫ.2° ut ꝑpent
necĩa ad nuptiaꝝ ſollẽpnitatẽ.3° ne vilem
hẽat maritꝰ datã quã nõ ſuſpirauit dilatã

Et hꝫ ↄueniẽs ẽ. ¶36° celebratõe.s.ſollẽp-
nitatũ.in qbꝰ nõ debẽt cõiuges uacare de-
bito ↄiugali.1.Cor.7°.Nolite fraudãe in-
uicẽ niſi ex ↄſenſu ad tempꝰ.ut vacet ora-
tioni.Nã ꝑpter dies ꝓceſſiõis ⁊ ieiunioꝝ
ↄuenire nõ debẽt.qa etiã a licitis abſtinẽ-
dũ ẽ.ut faciliꝰ ĩpetrari poſſit qꝺ poſtulat.
33.q.4.ca°.xp̃iano ¶37° veneratõe.s.loci
ſacri.Locus.n.ſacer pollui põt.ita ut indi
geat recõciliatõe.Debitũ.n.reddendũ ẽ
ſalua ſp honeſtate que ĩ talibꝰ exigit̃. Vñ
etiã nec ĩ publico ẽ debitũ reddenduꝫ.ut
ↄſtat. ¶38° p̃termiſſione.s.mõi nãlis.uel
q̃tũ ad vaſa nã ad hꝫ deputatũ.aut q̃tum
ad ſitũ.Primũ.n.ſp ẽ pctm̃ mõtale.quia
ꝓles ſequi nõ põt.Secundũ aũt põt excu-
ſari ꝓpt̃ aliquã rõnabilẽ cãm. ¶39° diſſi
mulatiõe.puta ſi uir exigat debitũ ab uxo
re pmanẽte ĩ adultio ſiue occulto ſiue ma
nifeſto.qꝺ adulteriũ certiſſime cognoſcit.
peccat mortalit̃.qa facit cõtra ↄſtitutionẽ
eccl̃ie.q̃ hꝫ uetat. ¶40.bñdictiõe.s.omiſ-
ſa.Nã q añ bñdictionẽ nuptialẽ uxorem
cognoſcit mortalit̃ peccat.ubi ↄſuetuꝫ eſt
bñdictionẽ adhiberi. Vñ tres dñe in ueti
teſtõ ponũtur q̃ mortaliter peccauerũt.qa
p̃ dei benedictionẽ cũ orõne non ĩpetraue
rũt. ¶Prima fuit Dina filia Iacob patri-
arch.que igreſſa ciuitatẽ Sichẽ ut uideret
mulieres ciuitatis illiꝰ rapta ẽ a Sichem fi
lio Hemor.⁊ ſtuprata ab eo.poſtea uoluit
eã ducẽ uxorẽ.ſꝫ qa caſtitatẽ ſuã nõ deuo-
uit deo p orõnẽ.ꝑptea cũ rubore illã ami
ſit.Geñ.34° ca°.iõ ſequta ẽ magna ſtrages
ꝑpt̃ illiꝰ ¶Secũda fuit Thamar ſoror Amõ
filij Dauid.q̃ ingreſſa in cubiculũ eius ut
miniſtraret ei.violent̃ ab eo oppreſſa ẽ.Et
qa nec añ nec pꝰ caſtitatẽ ſuaꝫ deo deuouit
p orõnem.ꝑpterea exoſam huit eã Amon
plus q̃ antea dilexerat eã.2° Regꝫ.13° ca°.
iã ſequta ẽ maxia diſcordia int̃ filios Da-
uid ⁊ in toto regno eiꝰ.Nã Abſalon occi-
dit Amon ⁊c̃. ¶Tertia fuit Berſabee uxor
Urie Ethei.q̃ aſcẽdẽs ſolariuꝫ domus ſue
ut ſe lauaret.oppreſſa ẽ a Dauid ⁊ adulte-
riũ ꝑpetrauit. Sed qa caſtitatẽ ſuã deo nõ
deuouit p orõnem.ꝑptea ſequtũ ẽ homici
diũ Urie.2° Regꝫ.xi° ca°.⁊ filiꝰ eiꝰ Abſalon
intrauit ad cõcubinas pr̃is ſui.expulſo eo
ꝺ ciuitate. Tres alie deuouerũt caſtitatẽ
ſuã dño p orõnem.qbꝰ bñ ſucceſſit. ¶Pri
ma fuit Axa filia Caleph.q̃ dixit patri ſuo

ſuſpirãs p orõnem.Da mihi bñdictioneꝫ
tuã pr̃.Cui dedit terrã irriguã ſupiꝰ ⁊ ĩfe-
rius.Ioſue.15° ca°.⁊ Iudic.p̃ ca°.Cui cum
uiro ſuo ꝓſpe ſucceſſit ¶Secũda fuit Sãra
filia Raguel.q̃ caſtitatẽ ſuam deo deuouit
tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ nõ manducans
nec bibẽs.ſꝫ lacrimis ĩ orõne pſiſtens dep-
cabat dñm.cuiꝰ p̃ces exaudiuit deꝰ cuſto-
diẽs eã intactaꝫ a ſeptẽ viris qbus tradita
fuerat ↄiugio.quos Aſmodeꝰ occidit.ſꝫ ad
ↄſiliũ angeli tandẽ tradita ẽ Thobie iunio
ri.Tob.3°.⁊ 6°.ca°.qbꝰ bñ ſucceſſit.qm̃ per
tres dies ⁊ noctes ↄtinuerũt.vacãtes ora
tionibꝰ.tertia ṽo nocte ↄſequti ſũt bñdic
tionẽ a dño.Vñ dixit uxori ſue.Filij ſcõꝝ
ſumꝰ.⁊ nõ poſſumꝰ ita ↄiungi ſicut genteſ
que ignorãt deũ.Ibidẽ.8° ca°. ¶Tertia fuit
Suſanna q̃ ſe deo p orõneꝫ ↄmẽdauit dic.
Deus eterne q abſconditoꝝ es cognitõ qui
noſti oĩa anq̃ fiant.tu ſcis qm̃ falſũ cõtra
me tulerũt teſtimoniũ.⁊ ecce morio cum
nihil hoꝝ feceri ⁊c̃. Parentes.n.eius cuꝫ
eẽnt iuſti erudierãt filiaꝫ ſuã ſcdm̃ legem
Moyſi.q̃ multũ timebat peccare ĩ ↄſpectu
dñi.Exaudiuit aũt dñs uocẽ eiꝰ.Et ſalua
tus ẽ ſanguis inoxiꝰ.Daniel.13° ca°. Itaqꝫ
in ↄiugio ſp p̃curtenduꝫ ẽ ad bñdictioneꝫ
ſacerdotale. Vñ.30.q.5.ca°.Alit̃ nõ fit.dr̃
ſic.A parentibꝰ ꝓpĩqoribꝰ ſponſet.⁊ legibꝰ
dotet.⁊ ſuo tpe ſacerdotalit̃ ut mos ẽ cum
p̃cibꝰ ⁊ orõnibꝰ uel oblatiõibꝰ a ſacerdote
bñdicat.⁊ ſollẽpnit̃ accipiat̃.⁊ biduo uel
triduo orõnibꝰ uacẽt.⁊ caſtitatẽ cuſtodiãt
Ita pacta ſcitote legiptima eẽ ↄnubia.Alit̃
ṽo pſũpta nõ ↄiugia ſꝫ adulteria.uł ↄtub-
nia.uel ſtupra.aut fornicatiões.ꝑ tius q̃
legiptima ↄiugia eẽ non dubitat̃.Ibi.⁊
pluribꝰ capl̃is ſequẽtibꝰ idẽ dr̃.Semp.n.
in ↄiũctiõibꝰ nõ ſolũ qꝺ licitũ ẽ ſed quod
honeſtũ ẽ ↄſiderari oꝫ.ff.de ritu nuptiaꝝ.
l.ſp.Cũ enĩ in oĩbꝰ ſacris noui teſti confe
ratur grã.ĩ mr̃imonio cũ bñdicũt̃ ſollẽp-
nit̃ ſpõſus ⁊ ſpõſa.tũc cõfertur eis grã.ꝑpt̃
ſignuꝫ unionis xp̃i ⁊ eccl̃ie ¶Poſt hanc
declarationẽ dixit ſcũs Thomas aĩe deuo-
te.O aĩa ſimplex iã potes ĩtelligẽ ſincerita
tẽ ac neccitatẽ ſacri mr̃imonij.⁊ obꝓbriuꝫ
adulterij.Ne tñ Belial glet̃ ĩ argutijs ſuiſ
docebo te quo pacto illi tridcas. ¶Ad pri
mũ dic q a minoribꝰ bonis ꝑpter maiora
frequent̃ ẽ abſtinendũ ꝓ tpe.Ratio autẽ
legiſ fuit maius bonũ quia ſpũale.q̃ actus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mr̄imonialis q̄ ē corꝑalis. ¶ Ad ſecūdū3 dic q̄ Canō loq̄tur de p̄ñtia ſp̄us ſci ī actu miraculi. ſicut ē ꝓphare. uel mortuū ſuſcitare. ut hr̄ in glō. ¶ Ad t̄tiū dic q̄ ꝯcupia uel inobia que ē in mēbris. ē pena peccati originalis. vñ nō pōt ea uti bñ ul' male. ſed q̄cq̄d t̄pitudis ē bona mr̄imonij illud excuſant. ¶ Ad quartū dic q̄ int̄rūpe actu3 tōnis ꝓ t̄pe ꝓpter maius bonū. nō ē pc̄m ſed v̄tuoſū. ſicut hō v̄tuoſe ponit ſe ad dormiendū. ſic nō ē pc̄m ꝓpter bona mr̄imonij. actū tōis intmitte. Licet. n. hoi dimittere opus mag̃ meritoriū ad q̄d nō tenet ⁊ exercere aliud ad q̄d nō tenet. ſicut licet mihi dimittere orōnem ꝓpter ſtudiu3. q̄ñ ad neutꝝ teneor. l3 non ſit demeritoriū dimittere meli⁹. ē tñ min⁹ meritoriū exercē. ¶ Tūc aīa grās agens deo ⁊ ſuis doctoribus de tā notabili declaratōe. abijt domu3 in pace. Amen.

¶ Dominica quarta quadrageſime. Sermo. 26⁹. de mīa dei ⁊ hominis.

PAnes diſtribuit. Joh. 6° ca°. ¶ Hodie aīa ſimplex fidelis ⁊ d̄uota ſaluti ſue itenta acceſſit ad eccleſia3 ⁊ audiēs miſſa3 tā ex lectiōe ep̄le ad Gal'. 4 ca°. q̄3 ex euāgelio aduertit vnā ꝯclōnē ualde notabilē. s. ¶ Miſericordia q̄ ſubuenit alioꝝ neccitatibꝰ. ē ſacrificiū deo accepti⁹ quanto ꝓximoꝝ utilitatibꝰ ē obſeqū ꝯuenienti⁹. ¶ Rō iſti⁹ ꝯclōnis ē illa. Nā aliq̄ v̄tus pōt dici maxia dupl'r. Vno mō ſcd̄m ſe. Alio° ꝑ ꝯpatiōnē ad h̄ntē. ſcd̄3 ſe q̄dē mīa maxima ē. Pertinet. n. ad miam q̄ alij effūdat ⁊ q̄d plus ē q̄ defectus alioꝝ ſubleuet. ⁊ h̄ ē v̄tus maxia ſuperioris. Vñ ⁊ miſereri ponit maxie ꝓpriū deo. ⁊ in h̄ dr̄ maxie eius oīpotētia manifeſtari. Sed quo ad habētē mīa non ē maxia. niſi ille q̄ eā h3 ſit maximus. q̄ nullū ſup̄ ſe hēat. ſ3 oēs ſub ſe. ei āt q̄ ſup̄ ſe aliquē h3 mai⁹ ē ⁊ meli⁹ ꝯiūgi ſuperiori q̄3 ſupplē defectū inferioris. Et iō ad hoiem q̄ h3 deū ſuperiorē. caritas ꝑ quā deo vnit̄ ē potior q̄3 mīa ꝑ quā defect⁹ ꝓxioꝝ ſupplet. Sed int̄ oēs v̄tutes que ad ꝓximū ꝑtinent potiſſima ē mīa ſicut etiā ſuperioris ē actus. Nā ſupplē d̄fectū alteri⁹ inq̄tum h⁹. ē ſuperioris ⁊ melioris. Unde mīa cultui

diuino p̄fert̄. Oſee. 6°. Miſericordiā volo ⁊ nō ſacrificiū. Nō. n. colim⁹ deū ꝑ exteriora ſacrificia ut ī mīa. ꝓpter ip̄m. ſ3 ꝓpter nos ⁊ ꝓpter ꝓximos. q̄a nō indiget ſacrificijs nr̄is. ſ3 vult ea ſibi offerri ꝓpter deuotionē nr̄a3 ⁊ ꝓxioꝝ utilitatē. ⁊ iō mīa qua ſubueñt alioꝝ defectibꝰ ē ſacrificiū ei mag̃ acceptū. utpote ꝓpinquus utilitatē ꝓxioꝝ īducēs. ſcd̄m illud Heb. ult°. ca°. Bn̄ficientie ⁊ coīonis nolite obliuiſci. talibꝰ. n. hoſtijs ꝓmeret̄ deus. ¶ Sciendū q̄ ī ꝯſiſtorio dei pctōr ꝯſtitu⁹. int̄ duas dñas ponitur. s. iuſticiā ⁊ miam. p̄s. Semel loq̄tus eſt duo h̄ audiui. q̄a ptās dei eſt. ⁊ tibi dn̄e mīa. q̄a tu reddes vnicuiq3 iuxta opa ſua. Ubi iuſticia ꝯtra pctōrē petit. x. ¶ p̄adnihilationē. Dependet. n. eē cuiuſlibet creature a deo. ita q̄ nec ad momentū ſubſiſtē poſſet. ſ3 in nihilū redigerent niſi opatiōe diuine v̄tutis ꝯſeruarent in eē. ut Grego⁹ dic Heb. p̄. Portās oīa v̄bo v̄tutis ſue. Et Aug⁹ li° 4° ſup Gen̄ ad l'ram. dic. q̄ uirtus dei ab eis q̄ creata ſūt regēdis ſi aliq̄ñ ceſſaret ſil' ⁊ illoꝝ ceſſaret ſpēs. oīq3 nā ꝯcidet. Et ſicut aer p̄ñte lumine fit lucid⁹. ſic homo deo ſibi p̄ñte illuminat̄. Abſente autē ꝯtinuo tenebrat̄. Ecōtra mīa dei petit peccatorē in eē ꝯſeruari. Deus. n. ē ei reru ut ſint ꝑ ſuā bonitatē. q̄a ut dic Aug⁹ li° p̄ de doctrina xp̄iana. Inq̄tū de⁹ bon⁹ ē ſum⁹. ſed deus nō pōt nō eē bon⁹. ḡ nec ꝯ3 facere ut creature nō ſint. Jō dr̄ Jere. x°. Corripe me dn̄e. Verūtñ in iudicio ⁊ nō in furore tuo. ne forte ad nihilu3 redigas me. ¶ 2° iuſticia petit reꝓbationē. Sic. n. ordo cōgru⁹ familie uel cuiuſcū3 multitudis gubernate demōſtrat iuſticiā in gubnāte. ita ordo uniuerſi q̄ apparet tā in rebꝰ nālibus q̄3 uolūtarijs dmōſtrat dei iuſticiā. Unde Dyo⁹. 8° ca°. de diui. no. dic. Oportet in hoc uidere uerā dei eſſe iuſticiā. q̄ oibꝰ tribuit ꝓpa. ſcd̄m vniuſcuiuſq3 exñtiū dignitatē. Et p̄s. Juſtus es dn̄e ⁊ rectū iudiciū tuū. Et Anſelmus dic. Cū punis malos iuſtus es dn̄e. q̄a illoꝝ meritis ꝯgruit. Nā iuſticia ē retributio ꝓ merito. Ecōtra mīa dei petit redēptionē. Prima. n. origo bonitatis diuine ī creaturis ē ut ipleat in rebꝰ id q̄d ei⁹ ſapia ⁊ uolūtas h3. Vñ Dyo⁹ ubi ſ. dic Uniuſcuiuſq3 nām in ꝓpo ſaluat ordine ⁊ v̄tute. ⁊ ſic bonitas ei⁹ ⁊ ſapia manifeſtat̄ inq̄tū oē3 defectū ⁊ miſeriā ab eis expellit

Et Anſelm⁹ dic. Cū parcꝰ mal' bonitati tue ꝯdecēs ē. p̄s. Miſeratiōes eius ſup oīa opa eius. ¶ 3° iuſticia petit ī ꝑfectionē hominis regi ut ē. Nā mali deberent ꝑuari oibꝰ bonis t̄palibꝰ. ⁊ iuſti deberēt illis bonis affluere. cū malus nō ſit dign⁹ pane q̄ ueſcitur. Math. 15°. Non ē bonū ſumē panē filioꝝ ⁊ mittē canibꝰ. Econtra v̄o mīa petit ꝑfectionē. s. dei regere hoiem. q̄a l3 iuſti puniāt̄ in h̄ mūdo. h̄ eis cedit ad bonū. eo q̄ ꝑ h⁹ afflictiones purgant̄ in eis aliq̄ leuia. ⁊ ab affectu terrenoꝝ in deū mag̃ erigunt̄. ſcd̄3 illud Greg̃. Mala que nos h̄ p̄mūt ad deū ire ꝯpellūt. ¶ 4° iuſticia petit excecationē dicēs illud Yſa. 6°. Exceca cor p̄p̄li huius. ⁊ aures ei⁹ aggraua. ⁊ oculos eius claude. ne forte uideat oculis ſuis. ⁊ auribus ſuis audiat. ⁊ corde ſuo itelligat. ⁊ ꝯuertatur. ⁊ ſanē eū. Ecōtra v̄o mīa petit illuiationē3 que ē ꝑ pctōꝝ iuſtificationē d̄ū culpas relaxat deus ꝑ dilectionē quā ip̄e miſericordit infundit. ſicut de Magdalena dr̄ Luc. 7°. Dimiſſa ſunt ei pctā multa. q̄m dilexit multū. ¶ 5° iuſticia petit punitionē iuxta ꝯdignū. Apoc. 18°. Q̄rū ſe glificauit ⁊ ī delitijs fuit. tātu3 date ei tormentū ⁊ luctū. Ecōtra v̄o mīa petit alleuiationē inq̄tū in dāpnatiōe reꝓboꝝ deus punit eos citra ꝯdignū nō totalit̄ penā relaxādo. ſ3 rigorē alleuiādo. ¶ 6° iuſticia petit ꝑuerſionē. s. q̄ pctōr ruat de vno pctō ad aliō. ꝑut dñū pc̄m ē cā alteri⁹. p̄s. ¶ Iniq̄tates mee ſupgreſſe ſūt caput meū. ⁊ ſicut on⁹ g̃ue g̃uate ſūt ſup me. Ecōtra v̄o mīa petit ꝯuerſionē. ita q̄ oīa pctā dimittāt̄. ⁊ q̄ peccatō ad p̄ſtinā dignitatē reſtituat̄. ut patuit ī filio ꝓdigo. Luc. 15°. Et. p̄s. Redde mihi letiā ſalutaris tui. ⁊ ſp̄ū p̄ncipali ꝯfirma me ¶ 7° iuſticia petit repulſionē. ita q̄ peccatō expellat̄ a facie dei. Math. 25°. Ite maledci in ignē eternū ⁊c. p̄s. Diſcedite a me oēs q̄ opamī iniq̄tatē. Juxta pabolā de expulſo a nuptijs. q̄ nō hēbat ueſtē nuptialem. Math. 22° ca°. Ecōtra mīa petit attractiō3. ſcd̄m illud Cantic. p̄. Trahe me p⁹ te. curremꝰ in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ. iuxta parabolā de hoīe q̄ fecit magnā cenam ⁊ miſit ſeruū ſuū dicēs. Exi cito ī vicos ⁊ plateas ciuitatis. ⁊ paupes ac debiles. cecos. ⁊ claudos. ꝯpelle itrāe ut ipleat̄ dom⁹ mea. Luc 14°. ¶ 8° iuſticia petit ſegregationē. s. maloꝝ a bonis. ſcd̄m pabolā d̄ ſagenis miſſis

ī mari. Math. 13° ca°. Et. p̄s. Diſꝑge illos ī v̄tute tua. ⁊ depone eos ⁊c. Ecōtra mīa petit ꝯgregatiōe3 diſꝑſoꝝ. Ezech. 34° ca°. Ego ip̄e requirā oues meas. ⁊ educā eas d̄ p̄p̄lis ⁊ cōgregabo eas de terris. ⁊ inducā eas in terrā ſua3. Et Joh. x°. Alias oues habeo q̄ nō ſūt ex h̄ ouili ⁊c. Et. xi° ca°. Filios dei q̄ erāt diſꝑſi ꝯgregaret in vnū. ¶ 9° iuſticia petit expoliationē. ſ. gra3 ⁊ bonoꝝ ſp̄ūaliū ſcd̄3 pabolā d̄ illo q̄ repoſuit mna3 dn̄i ſui ī ſudario. de q̄ dr̄. Auferte ab illo mna3 ⁊c. Luc. 19°. Ecōtra mīa petit ſupueſtitione3. Eph. 3° ca° ¶ Induite nouū hoiem q̄ ſcd̄m deū creatus eſt in iuſticia. ſcitate. ⁊ vitate. ¶ x° iuſticia petit ulcerationē. q̄a pctōrem deſcendentē ab Jerl'm ī Jerico dimittit ulceratū cū ſacerdote ⁊ leuita. Et cū Lazaro ulceribꝰ pleno relinq̄t fameſcentē. Et non ꝑmittit q̄ xp̄s tāgat ifirmos ut ſanet eos. nec pctā rlaxet. nec cū pctōribꝰ māducet. Ecōtra mīa petit q̄ ſamaritan⁹ ſanet ulceratū. Et q̄ canes lingāt ulcera medici. Et q̄ xp̄s extendat manū ſuā. Et die ſabbati ſanet ifirmos. remittat pctā. ⁊ cū pctōribꝰ māducet. ⁊ ꝓ pctōribꝰ moriat̄. ¶ Tūc xp̄s tanq̄3 iudex adiudicat fieri petionē miſericordie. q̄a miſericors ⁊ miſerator dn̄s eſcā d̄dit timētibꝰ ſe. Q̄d ſigat̄ ꝑ h̄ q̄ hodie panes diſtribuit. ¶ His intellectis aīa exiuit ab eccl'a cū ꝓpoſito ſequēdi miam cū ꝓximo. ſicut deus oñdit miam toti mūdo. Et ecce Belial itendens eā ab h̄ ꝓpoſito reuocare. ait. O aīa ſimplex q̄3 facile decipis ta3 leuit̄ credēdo. Volo tibi oñdere q̄ nō expedit ad ſalutē tua3 te ſeq miam. ſicut nec ponit̄ ī deo. ¶ P̄ ſic. Miſericordia ē relaxatio iuſticie. ſ3 deus nō pōt p̄termittē id q̄d ad uerā iuſticiā ꝑtinet. Dr̄. n. 2. Thimot. 2°. Si nō credimus. ille fidelis ꝑmanet. ⁊ ſe ip̄m negare nō pōt. Negaret aūt ſe ipſu3. ut dic glō ibidē. ſi dicta ſua negaret. ḡ miſericordia nō ē in deo. ¶ 2° ſic. Illud quod īpedit ꝯſiliū nō ē v̄tus. ſ. cū p̄ncipale ī v̄tute ſit electio. ut dr̄ 3° ethicoꝝ. Electio autē ē appetit⁹ p̄conſiliati. ut dr̄ ibide3. Sed mīa īpedit ꝯſiliū. Vñ Saluſti⁹ dic. Oēs hoies q̄ d̄ rebꝰ dubijs ꝯſultāt ab ira ⁊ mīa vacuos eē ꝯ3. Nō. n. aīus facile ꝓuidet ubi iſta officiūt. ḡ mīa nō ē v̄tus. ¶ 3° ſic. Elya eſt ſpēs ⁊ actus mīe. Sed elya nō cē ī p̄cepto. q̄a oē q̄d cadit ſub p̄cepto aliq̄ t̄pe obligat trāſgreſſores ad pc̄m mortale. cū p̄cepta

affirmatiua obligēt ꝑ tpe determīato. Sꝫ ǵ dare elyam cadēt ſub ꝑcepto. eēt termi nare aliqḋ tēp⁹ ī q̇ hō peccaꝫ mōtalit̄ niſi daret elyam. ſꝫ hꝫ nō uidet̄. qꝛ ſp̄ ꝓbabilit̄ eſtimari pōt q̄ paupi aliter ſubueniri pōt ⁊ q̄ id qḋ ē in elyas erogandū poſſit ei eē neceſſarium uel in pn̄ti uel ī futuro. ǵ ⁊c.

¶ Preterea hō maxīe obligat̄ ad p̄cepta decalogi. ſꝫ inter p̄cepta decalogi nō ɔtinetur mīa nec elya. ǵ ⁊c. ¶ Aīa vō abiit triſt̄ q̄rens ⁊ ɔſulēs legꝭ doctores. Cui mox obuiauit Moyſes. a qua cū cognouiſſet cās meſticie ſue. ɔfortās eā ait. Ego oñdam tibi ɔclonem tuā eē uerā teſti° q̄drupli legꝭ s

Legꝭ Naturalꝭ. · Nālis. ⁊ hꝫ q̄drupli
Legꝭ Diuinalis. cit. s. p rōnes nāleſ
Legꝭ Prophalis. p phos morales. p
Legꝭ Humanalꝭ. poetas. p exēpla gē

P-Rimo teſtimonio legꝭ tilium. ¶ Q̄rtuꝫ ad rōnes nāles. Sciendū q̄ deus iclinat̄ ad miam ꝓpter. 12. rōes ad ſuas pfectiōes itrinſecas nob manifeſtandas. ¶ P̄o manifeſtādo ſuā oīpotentiā ipiū iuſtificando grōſe. ⁊ ipm iuſtificādo miraculoſe. Dr̄. n. aliqd magnū dupliciꝫ. Uno° ſcd̄m q̄titatē abſolutā. Et ſic donuꝫ glīe ē mai⁹ q̄ donū grē iuſtificantis impiū ⁊ hꝫ mō glificatio iuſtoꝝ ē mai⁹ op⁹ q̄ iuſtificatio ipii. Alio° dr̄ aliqd magnū ſcd̄m quātitateꝫ ꝓporciōis. ſicut dr̄ mōs paru⁹ ⁊ miliū magnū. Et ſic donū grē iuſtificād impiū ē mai⁹ q̄ donū glīe btificant̄ iuſtū. qꝛ donū grē plus excedit dignitatē impii q̄ donū glīe btificātis dignitatē iuſti. q ex hꝫ ipo q̄ ē iuſtificat⁹ dign⁹ ē glā. Un̄ Aug⁹ expones illḋ Johis. 14°. maiora hoꝝ faciet. dic. Maius opus ē ut ex ipio iuſtus fiat. q̄ꝫ creare celū ⁊ terrā. Judicet q pōt. utꝝ maius ſit iuſtos angelos creare q̄ impiū iuſtificare. Certe ſi equalis ē utrūqꝫ potentie. hꝫ maioris ē grē. Et in collecta dr̄. Deus qui oīpotentiā tuā pcendo maxīe ⁊ miſerādo manifeſtas. ¶ 2° manifeſtādo ſuā iuſticiā p quā reddit vnicuiqꝫ ſcd̄m ſuā dignitatē. Debitū eſt. n. alicui rei create q̄ habeat id qḋ ad ipſam ōdinat̄. ſicut hoī q̄ hēat man⁹ ⁊ q̄ ei alia aīalia ſeruiāt. ⁊ ſic etiaꝫ de⁹ ſua iuſticia opatur. qn̄ dat vnicuiqꝫ qḋ ſibi debet̄ ſcd̄m rōnem ſue nature ⁊ ɔditōis. Et qꝛ hō ē libi arbitrii. Eccl. 15°. Deus ab īitio ɔſtituit hoīem rectū. ⁊ reliqt cū in manu ɔſilii ſui. Glō. i. in libtate arbitrii. ǵ deus

nō dꝫ deficere hoī in his q̄ ſūt necīa ad ſalute ei⁹. iō miſericordit̄ dꝫ hoī tribuē grām. Phil. 2° ca°. Deus ē q opatur ī nob uelle ⁊ pficē. ¶ 3° manifeſtādo ſuaꝫ ſapiāꝫ cū ꝓuidētia q ex malis ſcit elicē bona. Deus. n. cū ſit vlīs ꝓuiſor totī⁹ entī ad ipſī⁹ ꝓuidētiā ptinet ut pmittat aliquos defect⁹ eē in pticularib⁹ reb⁹. ne īpediat̄ bonū uniuerſi pfectū. Si eniꝫ oīa mala īpedirent. multa bona deeſſent vniuerſo. Nō. n. eēt uita leonis ſi nō eēt occiſio aīaliū. Neqꝫ eēt patiā martiꝝ ſi nō eēt tyrāpnoꝝ pſequtio. Un̄ Aug⁹ in enkiridion dicit. Deus oīpotens nullo mō ſineret aliqd mali eē in opib⁹ ſuis. niſi adeo eēt oīpotens ⁊ bon⁹ ut bn̄ faceret etiā d̄ malo. Sic etiā ſapiēs medic⁹ ī remediū maioris morbi patit̄ infirmū ī leuiorē morbū icidē. ¶ 4° maifeſtādo ſuā bonitatē a q̄ depēdet oīs boitas. ⁊ quā nlla ſupat malitia. Cū. n. deus ſit pma cā effectiua oīuꝫ. Joh. p°. Oīa p ipm facta ſunt. ſua bonitas oīb⁹ reb⁹ coīcat̄. iō dr̄ p̄cipue d̄ rōnali creatura Trenoꝝ 3°. Bon⁹ ē dn̄s ſparantib⁹ in eū. aīe quetēti illū ¶ 5° manifeſtādo ſuā benignitatem. ſcd̄m illud Joel. 2°. Cōuertimini ad dn̄ꝫ deū vr̄m qꝛ benign⁹ ⁊ miſericors ē. Deus. n. miſericordit agit nō qdē ɔtra ſuā iuſticiā faciēdo. ſꝫ aliquid ſup̄ iuſticiā opando. Sic ſi alicui debetur centū denarii. ⁊ aliqs det d̄ ſuo. ducentos. nō ɔtra iuſticiā facit. ſꝫ libaliter uel miſericordit̄ opatur. Silr̄ ſi aliqs offenſāꝫ ī ſe cōmiſſam dimittat. Qui eniꝫ aliqd dimittit quodāmō donat illud. Un̄ apl̄s remiſſiōeꝫ donatiōeꝫ uocat. Eph. 5° ca°. Donate iuicē ſicut ⁊ xp̄s donauit uob ¶ 6° manifeſtando ſuā ꝓprietatē. Dei. n. ꝓpriū ē miſereri ſp̄ ⁊ parcē. Sic. n. ignis nālit̄ hꝫ calorē. ſic deus nāliter hꝫ miam ⁊ bonitatē. Un̄ glō ſup Joh. 2° dic ſic. Deus nā miſericors paratus ē ſaluare p clementiā quos non pōt ſaluare p iuſticiā. 7° manifeſtando ſuā libalitatē. Ad libalē. n. ptinet donare grās. ¶ Jnq̄tū. n. deus tribuit pfectiōes reb⁹ creatis nō ꝓpter ſuā utilitatē. ſꝫ ſolū ꝓpter ſuā bonitatē ptinet ad libalitatē. Sed circa hominē peta relaxat grē. Ro. 8°. Propō filio ſuo nō pepcit. ſꝫ ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū. quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit? ¶ 8° manifeſtādo ſuā caritatē. Nā ipſe de⁹ noſ ad ſui amorē trahit cū oēm offenſam a nobis remouet. quod fit per caritatem. ꝓū. x°.

Uniuerſa delicta opit caritas. Hec aūt caritas p ſpm̄ ſcm̄ nob īfundit. Caitas dei diffuſa ē ī cordib⁹ nr̄is p ſpm̄ ſcm̄ q da. ē nobis. Ro. 5°. ¶ 9° manifeſtādo ſuā p̄rnitatē. P̄s. Quo mō miſeret p̄r filioꝝ. miſertus ē dn̄s timētib⁹ ſe. Cui⁹ rōem triplicē aſſigt. p̄ ex pte p̄ncipii. qꝛ de vili ⁊ fragili mateia facti ſum⁹. iō dic. qm̄ ipe cog. fig. noſtꝝ. 2° ex pte finis. qꝛ in cinerē redigendi ſumus. iō dic. Recordat⁹ ē qm̄ pul. ſumus. 3° ex pte medii. qꝛ uitā inſtabilē habem⁹. iō dicit. hō ſicut fenū. Homo. n. ad inſtar feni ⁊ floris. mō vireſcit ī iuuētute. floret ī ſanitate. areſcit in infirmitate. putreſcit in morte ¶ x° manifeſtādo ſuā m̄rnitatem. Un̄ Yſa. 49°. dr̄. Nungd pōt mulier obliuiſci infantē ſuū ut nō miſereat̄ filio uteri ſui. ⁊ ſi illa oblita fuerit. ego tn̄ nō obliuiſcar tui. Ecce ī manib⁹ meis deſcripſi te ⁊c. ¶ xi° manifeſtādo ſuā vitatē. s. in ꝓmiſſis Nō. n. mutat̄ deus ut nō adimpleat ꝓmiſſiones ſuas. Ro. 5°. Dico. n. Jhm xp̄m miniſtꝝ fuiſſe circūciſiōis ad ɔfirmandas ꝓmiſſiones patꝝ. Sed ipe ꝓmiſit Ezech. 18° ca°. Jn quacūqꝫ hora igemuerit pctōr ⁊ cōuerſus fuerit ad me. oīuꝫ iniqtatū ei⁹ quaſ opatus ē. nō recordabor. 12° maifeſtādo libꝝ vite q nō pōt deleri. Illi. n. q ſūt ordinati ad hndū uitā eternā. ex dīna p̄deſtinatiōe ſūt ſimplr̄ ſcripti in li° vite. P̄s ¶ Jn libro tuo oēs ſcribent̄. qꝛ ſūt ibi ſcripti ut habituri uitā eternā in ſe ipſa ⁊c. ¶ Q̄rtū ad phos morales. Sciendū q̄ mīa ē clemēſ ⁊ equalis in oēs dignatio. ⁊ in afflictos aī ɔpaſſibilis iclinatio. Quā ſūme amplecti debem⁹ q̄drupl̄r. P̄ Tulli⁹ in orōne ꝓ Ligario. dic ſic. Nulla de virtutib⁹ plurimis admirabilior clemētia nec grātior mīa. Homines enī ad deos nlla re ꝓpius accedūt. q̄ꝫ hoīb⁹ dādo. Nihil hꝫ fortūa mai⁹ q̄ ut poſſit. nec nā meli⁹ q̄ ut uelit ſeruāe q̄ plurimos. 2° Quītilian⁹ cā. 5. dic ſic. Uoluit nos ille īmortalitatis artifex deus in cōe ſuccurrere. ⁊ p mutuas auxilioꝝ vices queqꝫ in alteꝝ qḋ ꝓ ſe timeret cōferre. Jn aliena fame qſqꝫ ſui miſeret ¶ 3° Sen̄. in ꝓuerbiis. dic ſic. Bona p̄ſidia ɔpat mīa. Ab alio expectes alteri qḋ feceris. Habet ī aduerſis auxilia q ī ſecūdis cōmodat. Homo q ī hoīe calamitoſo miſericors ē. meminit ſui q ſuccurrē pituro pōt. ⁊ cū nō ſuccurrit occidit ¶ 4° Lactāti⁹ li° de vero cultu. dic

Nulli⁹ opa indigē ſe putat. q ſuā alīi denegat. Qui pituro ſuccurrē pōt ⁊ nō ſuccurrit occidit. hꝫ ille. Procliuiō ſp ad miāꝫ via bonis mentib⁹ patet ⁊c. ¶ Q̄rtū ad poetas mīa ē ɔmendabilis q̄drupl̄r ¶ P̄ Oratius li° eplaꝝ. dic ſic. Nemo adeo fer⁹ ē. q non miteſcere poſſit ¶ 2° Ouidi⁹ lib° de ponto dic ſic. Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis ¶ 3° Gualter⁹ in alexādreide. dic ſic Leuiter uenīūt leuitqꝫ recedūt. blāditi dociles lacrime. Solaſqꝫ ꝓpiuq īpendūt lacrimas miſeris arētib⁹ illis. Cū lacrimis areſcit amor pietaſqꝫ tuoꝝ. Uer⁹ amor miſerū q nō faſtidit amicū. Deſpare ſolēt alios ī tpe duro eē miſerturoſ aliis. Hi q miſereri nō uellēt. ſi fata darēt ɔtraīa fila. 4° Claudian⁹ in maiori. dic ſic. Qui fuit̄ pena fetus ē. Legūqꝫ uidet̄ penā p̄ſtare ſibi. Cuꝫ viſcera felle caduerint. hꝫ ille. Nō viſile eſt alieno parcē cuiqꝫ. Qui ſibi nō pācit. Quiſ fuit horrēdes pimus q ꝓtulit enſes. Q̄ ferus. ⁊ vere ferre⁹ ille fuit. Et ſic pꝫ ɔmēdatio mie. ¶ Q̄rtū ad exēpla gentiliū. Sciendū q̄ mīa fuit ualde honorabilis q̄drupl̄r. P̄ q̄tū ad alimēta. Un̄ Valeri⁹ li° 5°. ca° 2°. dic. q̄ cū Fului⁹ obſideret Capuaꝫ. exercitus romanoꝝ ɔflictus Capuā deductus ē. Cūqꝫ nō hērent vn̄ famā explerēt. quedaꝫ mulier noīe Cluuina ficula. ſuis expēſis cōtinue alimēta eis miniſtrauit. donec librati redditi fuerūt. Qḋ factū ſenatus capta Capua. libtatē. ⁊ oīa bona ſua ei reſtituit. ¶ 2° q̄tū ad hoſpitiū. Un̄ Valeri⁹ li° 5°. ca° p°. dic. q̄ ſenat⁹ cū audiſſꝫ pruſiā regē bithinie uenire pſonalit̄ Romā. miſit Corneliū ſcipionē q̄ſtorē. i. thaurariū. obuiā ei uſqꝫ capuā. ⁊ ōdiauit ut rome ſibi dom⁹ nobil̄ deputaret̄ ⁊ expēſe. ꝓ eo ⁊ ꝓ toto comitatu ſuo. atqꝫ exercitu ¶ 3° q̄tū ad īfirmitatē. Nā d̄uicto Perſe a Paulo emilio quidā filius Maſſiniſſe regꝭ Numidaꝝ. cū licētia Pauli recedebat. qꝛ fuerat cū Paulo ī auxiliū romanoꝝ. Orta vō tēpeſtate. claſſe diſpſa. eger delatus ē Brūduſiū ciuitatem Apulie. Q̄ ut ſenatus cognouit. ſubito miſit thaurariū q de hoſpitio ⁊ expenſis ꝓ illiuſ recupanda ſanitate. ⁊ ꝓ toto ei⁹ comitatu ꝓuideret ſicut factū ē. 4° q̄tū ad redēptionē captiuoꝝ. Un̄ Valerius ibidē dicit. q̄ cū Cartaginenſes miſiſſent legatos uſqꝫ Romā ꝓ redimēdis captiuis eorū. ſubito ſenatus libere illos reddidit. nulla accepta

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pecunia. Qui iuuenes erāt nūero duo milia ſeptingēti q̄drag[i]ta tres. O munificentiā gētis romane. deoꝝ benignitati equādā. O legationē felicē q̄ bn̄ficiū qd̓ nunq̄ dediſſet accepit.

SEcūdo declarat̄ eadē ↄclo teſtimoīo legꝭ Diuinalis. Sciendū ꝙ miſereri debemus. 4. generib⁹ hoīuȝ ¶ p̄ carceratis liband[o]. Sicut Abrahā audiēs captū eſſe Loth ei ↄpatiēs uelocit̄ ⁊ virilit̄ iuit ad eū Gen̄. 14°. Filij iſtl̓ ducēta milia mulierū ⁊ puerorꝝ captoꝝ hn̄teſ ueſtierūt ⁊ remiſerūt eos. 2° paꝛalipo. 15°. Tobias mltū ↄpatiebat̄ captiuis paſcens eos ⁊ redimens. Tob. 2°. Abimelech ↄpatiēs Jeremie miſſo in lacu ꝓcurauit libare eū. Jere. 38°. 2° tribulatis ↄfortando. Sicut Ruben ⁊ Judas ↄpatiētes tribulato Joſeph nitebant̄ libare euȝ. Gen̄. 37°. Cū Jezabel pſequeret̄ ꝓphetas dn̄i. Abdias ↄpatiens abſcondit ex eis centū. 3° Reg. 18°. Heſter audita tribulatione ꝓlī ſui ↄpatiēs eis morti ſe expoſuit ut liberaret eos. Heſt. 7°. ¶ 3° fatigatis ſubueniendo. Sic Gedeon ↄpatiēs ſocijs fatigatis panē poſtulabat ꝓ eis. Judic. 8°. Dauid ↄpatiēs laſſis ſocijs nō ualentib⁹ ire ad bellū. ⁊ remanentib⁹ ad ſarcinas. cōſtituit ꝙ equa eſſet ps illoꝝ ſicuti bellatoꝝ. p̄. Reg. 30. ¶ 4° pegrinis hoſpitādo. Sic ↄpaſſus ē Abrahā angelis q̄s credebat eē pegrinos. Gen̄. 18°. Loth etiā ↄpatiēs pegrinis angelis quos credebat hoīes hoſpitio recepit. Gen̄. 19° ca°.

TErtio declarat̄ eadeȝ ↄclo teſtimoīo legꝭ Prophalis. Sciendū ꝙ Juſticia ↄtra pctōrē facit. 4 ¶ p̄ ↄcludit eū in iudi°. Vn̄ facit tale argumentū ↄtra eū. Sic furtū inuentū īſinuat furē. ſic pctm̄ maifeſtū denūciat pctōrem. Sed fur deducit̄ ⁊ ↄſtrīgit̄ in iudicio ut recipiat ꝓ meritis ↄdignā penā. Eccleſiaſtes ulᵗ. Cūcta que fiūt adducet deus in iudiciū ꝓ oī errato. ſiue bonū. ſiue malū ſit. Sed mīa iudiciū ſuſpendit. allegās ꝓ pctōre illud Sap. xi°. Miſereris oīuȝ dn̄e. qm̄ oīa potes. ⁊ diſſimulas pctā hoīuȝ ꝓpter pn̄iam. Diligis. n. oīa q̄ ſūt. ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. nec. n. odiēs aliqd ↄſtituiſti. Quō aūt poſſet aliqd pmanere niſi tu uoluiſſes. aut qd̓ a te uocatum nō eēt cōſeruaret̄? Parcis aūt oībus. qm̄ tua ſūt dn̄e q aīas amas. Ibi. 2° excludit eū a reg. Vn̄ facit tale argumentū. Lepra excludit hoīem a ↄſortio ſanoꝝ. Nūeri. 5°. ſed pctm̄ ē lepra. g̊ ⁊c̄. Miſericordia auteȝ allegat ꝓ pctōre illud Yſa. 30. Expectat dominꝰ ut miſereat̄ uri. ⁊ iō exaltabit̄ pcens uob. qa deus iudicij dn̄s. bti oēs q expectant eū. Populꝰ. n. ſyon habitabit ī Jrlm. Plorās nequaq̄ plorab. miſerās miſerebit̄ tui. Ad uocē clamoris tui ſtatī ut audierit rn̄debit tibi. ⁊ erunt oculi tui uidentes p̄ceptorē tuū. Ibi. ¶ 3° īcludit eū ī iferno Vn̄ facit tale argumentū. Debitū nō ſolutū detinet obnoxiū in carcē. Sed pctō: negat ſe peccaſſe. Jere. 2°. Ecce ego in iudicio ↄtendā tecū. eo ꝙ dixeris. nō peccaui. g̊ ⁊c̄. Miſericordia aūt pctōrē ab h̓ debito ſubleuat dicēs illud Jere. 31°. Tu g̊ ne timeas ſerue meꝰ Jacob ait dn̄s. neq̄ paueas iſtl̓. qa ecce ego ſaluabo te de terra longinq̄. Et reuertetur Jacob ⁊ qeſcet. ⁊ cūctis affluet bonis. ⁊ nō erit quē formidet. qm̄ tecum ego ſū ait dn̄s ut ſalueȝ te. Ibi. ¶ 4° ſecludit eū ab auxilio. Vn̄ iuſticia facit tale argumētū. Reatu publicato nō ſūt p̄ces exaudiēde. Jere. 15°. Si ſteterit Moyſes ⁊ Samuel corā me. nō ē aīa mea ad ꝓlm iſtū. Eice illos a facie mea. Sȝ reatꝰ pctōris ē iā publicatꝰ ꝑ ſn̄iam iuſti iudicis. Deut. 29°. Deus non ignoſcet ei. g̊ ⁊c̄. Miſericordia aūt auxiliat̄ pctōri. dic illud Oſee. 14°. Cōuertere iſtl̓ ad dn̄m deū tuū. qm̄ corruiſti in iīqtate tua. Tollite uobiſcū v̓ba. ⁊ ↄuertimini ad dn̄m. ⁊ dicite ei. Oēm aufer iīqtatē ⁊ accipe bonū. qa eius q in te ē miſereris ꝓlī. Ibi. ¶ Sūt enī. 12. que iclināt deū ad mīaȝ ex pte electoꝝ. p̊ iuſticia correptiua. Sic tpe Noe deus miſertꝰ ē peccatorib⁹ dic. Nō pmanebit ſp̄ũs. s. idignatiōis. meꝰ. i. vindicte. in eternū. qa caro ē. Eruntq̄ dies eiꝰ centū viginti annoꝝ. quod fuit tēpꝰ expectatiōis ad mīam. Gen̄. 6° ca°. ¶ 2° inocentia approbatiua. Sic tpe Loth deꝰ miſereri uolebat ciuitatib⁹ ſodomoꝝ ſi. x. iuſti ⁊ inocentes ab illo uitio fuiſſent īuenti. Gen̄. 18° ca°. 3° caītas affectiua. Sic tpe Moyſi deus miſertꝰ ē ꝓlo iſtl̓ ꝓ peccato ydolatrie. qn̄ Moyſes orauit ad dn̄m. Vn̄ diſt. 45. ca°. diſciplia. dr̄ ſic. Ille ſemel ⁊ iteȝ ꝓ ꝓlo cui p̄erat obicē ſe ad impetuȝ dei iraſcētis opponens ait. Aut dimitte eis hāc noxā. aut ſi non facis dele me de libro tuo quē ſcripſiſti. Penſemꝰ g̊ qb⁹ viſceribus eundē ꝓlm amauit. ꝓ cuiꝰ vita deleri de libro uite ſe petijt. Intus amās diuine ire ſupplicādo obſtitit. foris ſeuiēs culpaȝ feriēdo ↄſūpſit. Ibi. ¶ 4° hūilitas punitiua. Sic fecit Dauid q hūiliauit ſe ipm ꝓ nūeratōe ꝓlī. cui deꝰ pepcit. 2° Reg. ulᵗ ca°. ¶ 5° ſanctitas pfectiua. ſicut deus pepcit ciuitatib⁹ ſodomoꝝ q̄diu fuit in eis Loth Gen̄. 19° ca°. ¶ 6° multoꝝ timor. ſicut deus pepcit Niniuitis q pn̄iam egerūt ad p̄dicationē Jone. Jone 4° ca°. ¶ 7° paucoꝝ honor. ſicut deus miſertꝰ ē tribui Beniamin ꝓpter ſacrificiū leuitaꝝ. Judic. 21° ca°. ¶ 8° uniꝰ feruor. ſicut deus miſertus ē ꝓlo ſuo ad orōnem Helye ꝓphe qn̄ pꝰ annos tres ⁊ mēſes ſex. īpetrauit pluuiā a dn̄o. 3° Reg. 18°. ¶ 9° reuerētie decor. ſicut deus pepercit tertio qnq̄genario. q reuerentiā exhibuit Helye ꝓphe. 4° Reg. p̄. ¶ x° lacrimaꝝ vigor. ſicut deus miſertꝰ ē Ezechie regi iuda 4° Reg. 20. Et Yſa. 38°. cuius uite adiecit annos. 15. xi° orō viatoꝝ. ut deus miſertꝰ ē ꝓlo iudeoꝝ. ꝓpt orōnem Heſter ⁊ Mardochei. Heſt. 7°. 12° oratio cōprehēſoꝝ. 2° Mach. ultīo. Hic eſt fratrum amator ⁊ ꝓlī iſtl̓. h̓ ē q multū orat ꝓ ꝓlo ⁊ ciuitate ſcā. Jeremias ꝓpha dei ⁊c̄.

QUarto d̓clarat̄ eadē ↄclo teſtimonio legꝭ Hūanalis. Sciendū ꝙ mīa ⁊ elyā quā debemus ī ꝓximos exercē. reqrit. 4. ¶ p̄ urgentē necītatē. s. paſcēdo fame morientē. q necītas pȝ q̄druplr̄. ¶ p̄ qa q paſcē pōt indigentē ⁊ nō vult. ipm occidit. Naȝ ille dr̄ necare q alimēta negat q̄ pōt p̄ſtāe ff. d̓ agnoſcēdis uel alēdis libis pentib⁹ ul̓ patronis. l. necare. in forꞇiato. li° 2°. Et qui negat mīam miſeriā patiētib⁹. negat xp̄m q ē mīa. 7. q. i. ca°. oīs q. ubi dr̄. Qui auteȝ negāt mīam faciendā necītatē patientib⁹ ipm xp̄m negāt q ē mīa ⁊ v̓itas. Ibi. Et qa ut dr̄ diſt. 47. ca°. ſicut hi. Neq̄. n. minꝰ ē criminis hn̄ti tollē q̄ cū poſſis ⁊ habundās ſis. īdigentib⁹ denegare. Eſurientiuȝ panis ē quē tu detines. nudoꝝ ueſtimētū ē qd̓ tu recludis. miſeroꝝ redēptio ē ⁊ abſolutio pecunia quā tu in terram defodis. Tantoꝝ g̊ te ſcias īuadē bona. q̄tis poſſis p̄ſtare qd̓ habes. Ibi. Ergo ſicut dr̄ Job 29°. Auris audiens btīficat me. ⁊ oculꝰ videns teſtimoniū reddebat mihi. eo ꝙ liberaſſem paupem vociferantē. ⁊ pupillū cui nō eēt adiutor. Oculꝰ fui ceco. ⁊ pes claudo. ⁊ pr̄ erā paupum. Ille. Sic nos facere debemꝰ. ¶ 2° qa ſicut libti igrati patronis in ſeruitutē redigunt̄. ⁊ filiꝰ emācipatꝰ patri emācipanti igratus. reuocat̄ in patriaȝ ptāte. ꝑ actionē igrati. C. d̓ igrat̓ liberi. l. i. Hāc ingratitudinē ↄmittit libtus qn̄ idigenti patrono ſuo alimēta negat. C. d̓ alēdis libis. l. alimēta. Sic q negat alimenta xp̄o. i. indigentib⁹ qui ſūt mēbra eius. p̊s Ego v̓o egenꝰ ⁊ paup ſū. qui nos libauit. Gal. 5°. non ſolū in ſeruitutē dyaboli redigēt̄. ſȝ etiā ſicut filiꝰ ꝓpt ingratitudinē exheredabit̄. In Autētica. vt cū de appellatione digſcit̄. cauſis. collatōe. 8. Ex extra de iure iurādo. ca°. qnta vallis. Nec miꝝ. quia amicus nr̄ xp̄ũs dedit uitā ſuā ⁊ totū ſanguinē ſuū nob īdigentib⁹. etiā oīa alia bona que iuſte hēmus. Jō magna igratitudo ē nolle modicū ſibi dare. qd̓ qde datū ē potius dāri reſeruatū q̄ deo datu. Talis. n facit ↄtra legē. d̓ cōi diuidēdo. in. ff. veti. li° x°. Nā diues quē deus ↄſtituit ſup familiā ſuā. ut det illis cibū in tpe. Math. 24°. Habet bona coīa ꝓ ſe ⁊ ꝓ paupib⁹. que deꝰ ſubtrahit niſi ps det egeno. qm̄ ex dei ita mundꝰ fame pmit ⁊ penuria. cū elyā paupib⁹ ſubtrahit. 16. q. i. reuertimini. Nam ad iſtū finē dedit deꝰ uni habūdantiꝰ. ut ipſe viueret ⁊ pauperes iuuaret. Math. 20. Da paupib⁹. Conqrit̄ g̊ paup d̓ malo diuidente. dic. illd̓ Luc. 12°. Dn̄e dic fratri meo ut mecū diuidat hereditatē. Quia hȝ actiōeȝ ↄtra talē in teſtō xp̄i. q dat̄ legatarijs ↄtra heredes uel executores legati ſoluere nolentes. ff. d̓ legatis. l. cū filiꝰ. Certe talis plꝰ facit ↄtra ſe ipȝ q̄ ↄtra deū. uel ↄtra mēbra eius indigentia. qm̄ ubi deus dedit portionē ſuā magnā. i. quicqd hūit ī hereditate celi ut illū redimeret. ipe non vult dare ſuā ptē. Et iō illā nō hēbit cū eis q portōȝ ſuā dedert. dicētes ei illud Judic. xi°. Heres nobiſcū eē nō poteris. Si g̊ illā vis hr̄e fac illud Tob. 4°. Fac elyam. Cū ab ea nullus excuſet̄. diſt. 86. ca°. in ſingulis ⁊c̄. ¶ 3° qa nō ualet orō niſi aſſit elyaꝝ largi°. diſt. 86. ca°. frēm. dr̄ ſic. Nec ſibi credat ſolam lectionē ⁊ orōnem ſufficē. ut remotꝰ nihil ſtudeat de māu fructificare. ſȝ largā manū hēat. necītatē patiētib⁹ ↄcurrat. alienā iopiā ſuā credat. Ibi. Et Tob. 12°. Bona eſt orō cū elyā. Quia ſine illa nullus pōt eē fidelis executor. ⁊ aliaruȝ reꝝ diſpenſator. Vn̄. 12. q. 2. ca°. Crates. dr̄ ſic. Quomodo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

poſſumus aliena fidelit᷑ diſpenſare ꝙ nr̄a ti
mide reſeruam⁹. H ibi. Spālit᷑ tn̄ ē magis
neccīa diuitib⁹. qb⁹ dr̄ diſt. 41. ca°. nō cogāt
diuites. cibis paupeꝝ uesci. utant᷑ ꝯſuetu
dine infirmitatis ſue. ꝗ doleant ſe alit᷑ ſuſtē
tari nō poſſe. Si ꝯſuetudinē uitāt egrotāt.
utant᷑ ſupfluis. dent paupib⁹ neccīa. Utant᷑
ꝓcioſis. dent paupib⁹ uilia. H ibi. Diuites
n. ieiunia que nō pn̄t obſeruāe elyſ debēt
redimē. Daniel. 4°. pctā tua elys redime.
¶ 9° qa ſi elya nō fiat. de⁹ faciet uindictā.
Nā ſicut hō pōt facere debitorē ſuū teneri
alteri cui ipe uoluerit. d H qd ipe hēt de eo.
qa eo ipō ꝙ alteri dat debitū ſuū facit ſuū
debitorē eē alteri debitorē. C. ꝙ res pignōi
obligari pn̄t. l. nomē. Et. ff. de pignorib⁹. l
ſi ꝯuenerit. Sic de⁹ cui⁹ debitores ſum⁹. ꝛ
ꝙ plus hēt. pl⁹ tenet᷑. iſta bona uoluit pau
perib⁹ p nos gratis diſtribui. Math. x° ca°.
Gratis accepiſtis. gratis date. Ut ſic poſſit
dicere in die iudicii. i. Cor. xi°. Ego. n. acce
pi a dn̄o. qd ꝛ tradidi uobis. Qrū ꝗ potes
eſto miſericors. Tob. 4°. ¶ 2° iuuantē uti
litatē. Sicut. n. ille ꝙ mutuat aliqd filio fa
milias. uel ſeruo alic⁹ dn̄i. de uolūtate. uel
ad rogatū patris. uel ad uolūtatē dn̄i. ſiue
ſint boni ſiue mali. pr̄ uel dn̄s obligāt mu
tuanti. ff. de in rē uerſo. l. 2. § negocio. Et
l. ſi res. § ꝙ ſeruus. Et. l. 3. § ſi furtū. Sic
ē d deo dicēte Ecci. 4°. ne auertas faciē tuā
ab ullo paupe. Qui obligat nob ad reddi
tiōē uite eterne. Tob. 12°. Elya purgat pec
cata. ꝛ faciet iuenire uitā eternā. ¶ 3° ſuble
uantē actiuitatē. Sicut. n. ille ꝙ gerit nego
ciū alic⁹. ꝛ expēdit aliqd i illa negocioꝝ ge
ſtiōe. pōt illud petere actiōē negocioꝝ ge
ſtorū. ut Inſtituta de obligatiōib⁹. §. i pri
mis. Et. ff. d negociis geſtis. l. 2. Sic expen
dens i elys. pōt illud petere Iob. 6°. Ueniat
peticio mea. ꝛ quod expecto mihi tribuat
de⁹. Ecci. 17°. Elya uiri q̄ſi ſacul⁹ cū ipo. grā
q̄ſi pupillā ꝯſeruabit. ¶ 4° dāpnantē pe
nalitatē. Sicut. n. uir ꝙ accepit bonā dotē
cū uxore ſua ꝛ ꝓlis ſue. ꝙ pōt hereditatem
magnā p illā hēre. ſi eā tenuerit ꝛ rōnabilit᷑
tractauerit. ſi eā bn̄ gubernauerit ꝯſequet᷑
hēditatē illā. Si uo ipā ꝛ ꝓlē ei⁹ dimiſerit
totū pdit. ff. ſoluto matrimonio. l. 2. li° p.
Ubi hr̄ ꝙ ſoluto matrimōio dos quā cum
mliere accepit. eid reſtituat᷑. Sic ille ꝙ acce
pit filiā dei ſpūalē in uxorē. i. fidē xp̄ianā.
ſicut qlibet xp̄ian⁹ cū oīb⁹ q̄ hz. ꝛ cū hēdi

tate mag celi i ſpe. ſi hūerit ſe bn̄ ad ſpōſā
illā. Sap. 7°. Queſiui eā mihi ſponſam aſſu
mere. ꝛ ad ꝓlem eius. i. ad uniuerſos xp̄ia
nos. ꝛ ſpālit ad paupes filios ei⁹. acqret ſibi
uitā eternā. Si aūt male ſe hūerit fidē mal
opib⁹ repudiādo. qa fides ſine opib⁹ mor
tua ē. Iac. 2°. Et pueros eius paupes non
alendo. ꝓuabit᷑ bītis ꝛ bn̄dis. Ecce neccitaſ
miſericordie ꝛc. ¶ Poſtq̄ uo Moyſes de
clarauit ꝯdīōnē ꝓdictā. ait aīe duote. Que
ego noui fidelit᷑ te docui. Sed ecce hē ſcūs
Thomas de Aqno doctor noui teſti. cuius
doctrina uiā iuſtificationū dn̄i inſtruet te
ꝛ exercebēris i mādatis ei⁹. Ad quē aſtāte
Moyſe acceſſit aīa duota ꝓ ſue ꝯdīōnis cla
riori noticia. Cui ſanct⁹ Thomas ait. Ego
oſtendam tibi ꝯdīōnem tuā eē uerā ꝛ katho
licā teſtimonio q̄drupliciis legis. s.
Legi Euāgelice. — Euāgelice. Sciēdū
Legi Apoſtolice. — ꝙ xp̄us illā ꝓbauit
Legi Canonice. — q̄druplici teſti°. ¶ p
Legi Ecclīaſtice. — Math. 5° ubi dicit.
PRimo teſti — Beati miſericordes
monio legi. — qm̄ ipſi miām cōſe
quēt᷑. Eſtote pfecti ſicut pr̄ ur̄ celeſt᷑ pfec
tus ē. Et 8° ca°. dr̄. Qui uos recipit me reci
pit. ꝛ ꝙ me recipit. recipit eum ꝙ me miſit.
Qui recipit ꝓphā i noīe ꝓphe. mercedē
ꝓphe accipiet. Et qui recipit iuſtū in noīe
iuſti. mercedē iuſti accipiet. Et qcūq̄ potū
dederit uni ex mīmis iſtis calicē aque frigi
de tantū in noīe iuſti. ꝛ diſcipuli. amē dico
uobis nō pdet mercedē ſuā. Et. 14° ca°. dr̄.
Ihs uidens turbā multā. miſertus ē eis. ꝛ
dixit diſcipulis ſuis. Date uos illis mādu
care. Rn̄derūt ei. Nō hēmus niſi qnq̄ pa
nes ꝛ duos piſces. Qui ait eis. Afferte illoſ
mihi huc. Et cū iuſſiſſet turbā diſcumbere
ſup fenū acceptis qnq̄ panib⁹ ꝛ duob⁹ piſ
cib⁹. aſpiciēs in celū bn̄dixit ꝛ fregit. ꝛ de
dit diſcipulis panes. diſcipuli autē turbis.
Et manducauerūt oēs ꝛ ſaturati ſūt. Et tu
lerūt reliqas xii. cophinos fragmētoꝝ ple
nos. Manducantiū aūt fuit nūer⁹ qnq̄ mi
lia uiroꝝ. excepē mulierib⁹ ꝛ puulis. H ibi.
¶ 2° teſti° Mat. 6°. ubi dr̄. Uidit Ihs tur
bā multā. ꝛ miſertus ē ſup eos. qa erāt ſi
cut oues nō hn̄tes paſtorē. ꝛ ait diſcipuliſ
ſuis. Date illis uos māducare. Et dixerūt
ei. Eūtes emam⁹ denariis ducētis panes ꝛ
dabim⁹ eis māducare. Et dixit eis. Quot
panes hēt! Ite ꝛ uidete. Et cū ꝯguiſſent

dicūt qnq̄ ꝛ duos piſces. Et ꝓcepit eis ut
accūbere facerēt oēs ſcdm ꝯtubnia ſup ui
ride fenū. ꝛ diſcubuerūt i ptes p centenoſ
ꝛ qnquagenos. Et accepit qnq̄ panib⁹ ꝛ
duob⁹ piſcib⁹. ītuens i celū bn̄dixit. ꝛ fre
git panes. deditq̄ diſcipul ſuis ut ponerēt
an̄ eos. ꝛ duos piſces diuiſit oīb⁹. ꝛ mādu
cauerūt oēs ꝛ ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt re
liqas fragmētoꝝ. xii. cophinos plenos. ꝛ
de piſcib⁹. Erāt aūt ꝙ manducauerūt. qnq̄
milia uiroꝝ. H ibi. Et. x° ca°. dr̄. Uade q̄cūq̄
habes uende ꝛ da paupib⁹. ꝛ hēbis theſauꝝ
in celo ꝛc. ¶ 3° teſti° Luc. 9° ca°. ubi dr̄. Tur
be ſequte ſūt Ihm. qb⁹ loquebat᷑ d regno
dei. Et accedētes. xii. dixerunt ei. Dimitte
turbas. ut eūtes i caſtella ꝛ uillas que circa
ſūt deuertāt. ꝛ iueniāt eſcas. qa H i loco de
ſerto ſum⁹. Ait aūt ad illos. Uos date illis
māducare. At illi dixerūt. Nō ſunt nobis
plus q̄ qnq̄ panes. ꝛ duo piſces. niſi for
te nos emam⁹ i oēm hāc turbā eſcas. Erāt
aūt fere uiri qnq̄ milia. Ait aūt ad diſcipu
los ſuos. Facite illos diſcumbere p ꝯuiuia
qnquagenos. Et ita fecerūt. ꝛ oēs diſcum
bere fecerūt. Acceptis aūt qnq̄ panibus ꝛ
duob⁹ piſcib⁹ reſpexit i celū. ꝛ bn̄dixit ill᷑.
ꝛ fregit. ꝛ diſtribuit diſcipulis ſuis ut po
nerēt an̄ turbas. Et māducauerūt ꝛ ſatura
ti ſūt oēs. Et ſublatū ē qd ſupfluit illis fra
gmentoꝝ cophini. xii. Io. 16° ca°. dr̄. Faci
te uobis amicos d mamona iiqtatis. ut cū
defeceritis recipiāt uos in etn̄a tabnacula.
H ibi. Sic. n. Aug⁹ dic. Iſtud ūbū dn̄i qdā
male itelligendo rapiūt res alienas. ꝛ ali
qd inde paupib⁹ largiūt᷑. ꝛ putāt ſe facere
qd ꝓceptū ē. Intellectus iſte corrigenduſ
ē. Pn̄t enī dici diuitie iniqtatis q̄drupl᷑r.
¶ p° ſcdm Aug. li° de q̄ōnib⁹ euangelii. oēs
diuitie ſūt iiqtatis. in eis. s. ꝙ in illis ſpem
ꝯſtituūt. ¶ 2° iuxta Amb°. Iniqū mamona
dixit. qa uariis diuitiaꝝ illecebris nr̄os tē
ptant affectus. ¶ 3° ſcdm Baſil. In plurib⁹
ꝓdeceſſorib⁹ qb⁹ pr̄imonio ſuccedit aliqs
repit᷑ ꝙ iiuſte uſurpauit aliena q̄uis tu neſ
cias. ¶ 4° oēs diuitie dicūt᷑ iniqtatis. i. ieq
litatis. qa nō equaliter ſūt diſtribute uno
egente. ꝛ alio ſupabūdāte ¶ 4° teſti° Ioh
13° ca°. Amen amē dico uob. ꝙ accipit ſi quē
miſero. me accipit. Qui aūt me accipit. acci
pit eū ꝙ me miſit. Exemplū. n. dedi uobis
ut queādmodū ego feci uob. ita ꝛ uos faci
atis. H ibi. Dedit aūt xp̄s nob exēplū mie

ut pz in euan°. ꝛ in epl̄a. in qb⁹ notantur. 4
ꝯdīōnes. ¶ Prima ꝯdīō. Sine ope mīe ne
mo pōt ſaluari. ſcdm quā mot⁹ aīe dz regu
lari. Pz qa pfecte amās reputat amicū tāq̄
ſe ipm. iō malū ipſi⁹ reputat tanq̄ malum
ſuū. ꝛ dolet d malo amici ſicut de ſuo. Un̄
phs 9° ethicoꝝ. ponit int᷑ alia amicabilia. H
qd ē ꝯdolere amico. Et Ro. 12°. dr̄. Gaudē
cū gaudentib⁹. flere cum flentib⁹. Talis ꝗ
ꝯpaſſio ſup aliena miſeia. uocat᷑ mīa. Cui⁹
effectus ſunt duodeci ¶ p° pctō obſtat. In
multa enī pctā caderet pctōr a qb⁹ elye q̄s
facit eū cuſtodiūt. Ecci. 4°. Ignē ardentem
extiguit aqua. ꝛ elya reſiſtit pctis. Iōo in
euan° dr̄. Abiit ¶ 2° penā euacuat. Nā pec
catorē a pena ꝓ pctis debita abſoluit. Unō
4° Reg. 4° ca°. hr̄. ꝙ paupcula mulier oleo
ſibi p Heliſeū mltiplicato. ſoluit creditori
ſuo. ꝓ°. 13°. Redēptio aīe uiri diuitie ſue.
iō dr̄. Ihs. i. redēptio. Math. p°. Ipe enim
ſaluū faciet ꝓplm ſuū a pctis eoꝝ. 3° a ſerui
tute libat. s. q̄ pctōr dya° ſeruiebat. Yſa. x°.
Cōputreſcet iugū a facie olei. Oleū dr̄ mīa
qa ſicut oleū ceteris liquorib⁹ ſupenatat.
ſic opus mīe ꝓcellit reſpectu alioꝝ opeꝝ.
Bern. ſup cātica dic. Bonū ē unguentum
ꝯtritiōis qd de recordatōe pctōꝝ ꝯficitur.
Melius deuotōis qd fit d recordatōe bn̄fi
cioꝝ dei. poꝛro utrū. ꝙ uicit unctio pietat᷑.
Per hāc enī uincit᷑ dya⁹. Un̄ ſup illd ps.
Miſericordia mea ꝛ refugiū meū. dic glō.
De nullo ſic uincit᷑ iimicus dya⁹. ut d mīa
Cū dya⁹ i mlt᷑ reſpcū hoīs excellat. i H tn̄ ꝙ
mīam nō hz hō ꝓcellit. Iere. 6°. Sagittam ꝛ
ſcutū arripiet. crudelis ē ꝛ nō miſerebitur
Iō dr̄. trās mare ¶ 4° pn̄iam ipetrat. Un̄
i. Thimot. 4°. dr̄. Pietas ad oīa utilis eſt.
ꝓmiſſionē habēs uite que nūc ē ꝛ future.
Sup quo dic glō. Siqs mīam ſequit᷑ ſi lu
brici carnis patiat᷑. uapulabit qdē ſed nō
pibit. Qd nō ē intelligēdū d illo ꝙ ꝓpter
fiduciā quā hz in elys q̄s facit. peccat. Tali
n. dr̄ Ro. 2°. An ignoras ꝙ benignitas dei
ad pn̄iam te adducit. tu aūt ſcdm duritiā
tuā ꝛ cor ipenitens theſaurizas tibi irā. Iō
dr̄. Galilee. i. trāſmigratiōis. a ſtatu culpe
ad ſtatū grē ¶ 5° bona tpalia multiplicat.
Ex H. n. ꝙ bona tpalia diſtribuunt᷑. multi
plicātur. ꝓ°. xi°. Alii diuidūt ꝓpa ꝛ ditio
res. Alii rapiūt nō ſua. ꝛ ſp i egeſtate ſunt.
Eiuſdē. 28°. Qui dat paupi nō indigebit.
ꝙ deſpicit depcationē ſuſtinebit penuriā.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

p3 3° Regſ.17°. de illa vidua q̄ Heliā pauit.
cui nō defecit farina ⁊ oleū. Luc.6°. Date
⁊ dabit͛ uob̄. Homo. n. multū miſericors
fideli͛ diſpenſat pauca bona ſibi cōmiſſa.
iō ſup multa ↄſtituit͛. Math.25°. Exēpluꝫ
de Bonifacio ep̄o q cū eēt puer oē triticuꝫ
m͞ris ſue diſtribuit in vſus paupū. Quod
cū ppendiſſet m͞r horreū ingreſſa. cepit eū
icrepare ⁊ ſe pugnis in faciē cedē. Sꝫ ora-
tiōe a Bonifacio facta. ſtatī horreū plenuꝫ
īuentū ē. Quo viſo m͞r cepit eū urgere ut
diſtribueret. qa ita celerit͛ poſſet q̄ petiuiſſꝫ
accipe. iō dr̄. qđ ē Tyhe riadis ¶ 6° deum
placat. Vn̄ Yſa.58°. Si effuderis eſurienti
aīam tuā. ⁊ aīam afflictā repleueris. orie͛t
ī tenebris lux tua. i. lux gr̄e. Gen̄.32°. Pla-
cabo eū muneribꝫ. iō dr̄. ⁊ ſequebat͛ eum.
qa gr̄a dei ſeqt͛ur miſericordē. ¶ 7° adiuto-
res multiplicat. Miſericordia. n. facit pau-
pes ſtipēdiarios ſuos. ꝓ. 22°. Victoriā ⁊
honorē acqret q dat munera. Greg⁹. Pau
pes nō ſūt ↄtēpnendi ut egeni. ſꝫ exorandi
ut patroni. Iō dr̄. m͞ltitudo maxīa. s. pau
perū patronoꝝ. 8° diuinā ſn̄iam reuocat.
ut pꝫ ī Niniuitis. Ione ult. pꝫ de Achab. 3°
Regſ.21°. Vn̄ Iudic. x°. dr̄. Addaꝫ inqt do-
minus ut liberē uos. Et ſubditur. Doluit
deus ſup miſeriis eoꝝ. iō dr̄. Videbāt ſiḡ
que faciebat. s. mīa. 9° celū reſerat. s. bre
uiādo uiā. qa breuior ē nūc uia in celū q̄ꝫ eſſe
ſolebat. Adā. n. p multa milia annorū vix
ꝑuenit illuc. mō vo vna hora ꝑuenit͛. ꝑte-
rea mīa fregit hoſtiū padiſi. i. xp̄m. q dicit
Ioh. x° ca°. Ego ſū hoſtiū. ⁊ fecit uolare q̄ſi
in duo fruſtra. s. corpus ⁊ aīam. corp⁹ ad
ſepulcrū. ⁊ aīam ad limbū. ⁊ ſic pctōribus
infirmis atq̄ꝫ debilibꝫ viā breuiauit. ⁊ padi-
ſū tāq̄ꝫ hoſpitale apuit. iō dr̄. ſup his q īfir
mabāt͛ ¶ x° filiū dei adoptat. Eccl. 4°. Eſto
pupillis miſericors ut pat͛. ⁊ p viro matri
eoꝝ. ⁊ eris tu uelut fili⁹ altiſſimi. filius obe
diens. ⁊ miſerebitur tui magis q̄ꝫ mat͛. Et
Math.5°. Bn̄facite his q oderūt uos. ut ſitꝭ
filii p͞ris u͞ri q in celis ē. iō dr̄. Subiit ḡ in
montē Ih̄s. qa Ih̄s geſcit in monte. i. ī mē
te ſcificata p gr̄aꝫ. ꝑ quā qs ab eo adoptat͛
ī filiū ¶ xi° bn̄dictiōeꝫ hoi applicat. Deut.
15°. Oīno indigēs ⁊ mēdicus nō erit inter
uos. ut bn̄dicat tibi dn̄s. Nō deerūt pau-
pes in terra h͞itatiōis tue. Idcirco ꝑcipio
ego tibi ut apias manuꝫ f͞ri tuo. ⁊ egeno ⁊
paupi. q tecū v͛ſat͛ in t͞ra. ut benedicat tibi

dn̄s deus tu⁹. Hibi. Et. 2. Cor. 9°. Homini
miſericordi bn̄dicit deus. Et. 2. Cor. 9°.
Qui ſeminat ī bn̄dictionibꝫ. de bn̄dictio-
nibꝫ ⁊ metet. Miſericordi etiaꝫ benedicit
paup qui ab eo recipit elymam. Iob. 29° ca°.
Bn̄dictio pituri ſup me ueniebat. iō dicit͛.
ibi. s. ſup miſericordē. ſedebat. s. bn̄dicen
do. cū diſcipulis ſuis. s. paupibꝫ. ¶ 12° mo-
rientē aſſociat. Amb°. Non ſunt bona hoīs
que ſecū ferre nō pōt. ſola mīa comes ē de-
functoꝝ. Miſericordia nō pmittit animaꝫ
hoīs miſericordis ire ad infernū. Tob. 12°
ca°. dr̄. Elymoſina a morte libat. ⁊ non pa-
tiet͛ aīas ire ī tenebras. ſꝫ facit īuenire vitā
eternā. Iō dr̄. Erat aūt ꝓximū paſca. dies
feſtus iudeoꝝ. i. miſericordiā. ꝑs. Diem
feſtum agent tibi. s. ſci angeli. Diues. n. ⁊
⁊ paup ſūt duo filii dei. qbꝫ diuiſit heredi
tatē celi. vni. s. diuiti. p miam. alti. s. pau-
peri. p patiaꝫ. Vn̄ diſt. 47. ca°. ſicut hn̄. dr̄
ſic. Nūqd iniqu⁹ ē deus ut nob̄ nō eq̄liter
diſtribuat uite ſubſidia. ut tu qdē eſſes af
fluens ⁊ habundās. aliis vo deeſſet ⁊ ege-
rent? An idcirco magſ. qa ⁊ tibi uoluit be-
nignitatis ſue expimēta ↄferre. ⁊ aliū per
vtutē patie coronare? Hibi. Iō dr̄ in ep̄la
Scriptū ē. qm̄ Abrahā duos filios habuit
i. deus. vnū. s. paupem. de liba. ⁊ vnū. s. di-
uitē d͛ ancilla. q ſcđm carnē natus ē. i. iaf-
fluētia bonoꝝ tēporalium. ⁊ qui de libera.
p repromiſſionē. i. p gr̄aꝫ. ¶ Secūda ↄclo.
Piſſim⁹ deus ſui exēplo nos ad pietatem
natos eē oñdit. ſꝫ ex migrate ad crudelita-
tē ↄtra nām offendit. Nā uidere ipius dei
pietatē circa nos declarat. Exod. 3°. Vidēs
vidi afflictionē ppli mei qui ē ī egipto. Et
ſequit͛ pietas. ⁊ deſcendi libare eū. Et Ba-
ruch. 2°. Aperi oculos tuos ⁊ uide tribula-
tioneꝫ n͞ram. Et in euan°. dr̄. Cū ſubleuaſ-
ſet oculos Ih̄s ⁊ uidiſſet. quia multitudo
maxīa uenit ad eū. Statim ſequit͛ pietas.
Dixit ad Philippū. Vnde emem⁹ ꝛc. De
his oculis dr̄ Apoc. 5°. Vidi ī medio ſeptē
cādelabroꝝ agnū hn̄tem oculos ſeptē. s.
quia ſeptē modis piis. uidit ſeptem etates
mundi p opa mīe ſue quibꝫ mundū ſuble
uauit ⁊ neccitatibꝫ eius occurrit ¶ Primā
etatē aquarū diluuio deficientē reſpexit. ⁊
mīam ītulit dando archā. in qua mirabilit͛
cūctoꝝ aīaliū etiā ferociū ſpēs ſaluate ſūt.
Sap. x°. Cū aqua deleret terrā. ſanauit ſa-
piētia p ↄtēptibile lignū iuſtū gubnans.

hec ſciuit iuſtū ⁊ ſeruauit ſine querela deo
⁊ in filiis mīam fortē cuſtodiuit. ¶ Secū-
dā etatē dephenſam a caldeis uolentibus
fidē dei uerā deſtruere. ⁊ ignē adorare. vi-
dit de⁹ miſericordit͛ ⁊ extraxit Abrahaꝫ de
vr. i. de igne caldeoꝝ. Gen̄. 15°. Trahebant
enī eū caldei nolentē ignē adorare p ipſuꝫ
ignē ut ſaltē pena martirii eū adoraret. uel
in ipo ↄbureret͛. Sed de⁹ eū ꝑſeruauit ille-
ſū. Eccl. 44°. Non ē īuentus ſilis illi q con
ſeruaret legē excelſi. ¶ Tertiā etatē afflic-
tā fame. Gen̄. 47°. Reſpexit deus mīa faci-
ens Ioſeph dn̄m egipti qui pauit iudeos.
Eandē etatē ſubiugatā ſeruitute graui re-
ſpexit libando in manu Moyſi mirabilibꝫ
multis. Eandē fame ⁊ ſiti in deſerto labo-
rantē reſpexit. dādo māna de celo. ⁊ aquaꝫ
de petra. Exod. p totū. Eandeꝫ a ſeruitute
uariis tpibꝫ reſpexit liberando. ſub multiſ
ducibꝫ ⁊ iudicibꝫ. ut ↄſtat. ¶ Quartā eta-
tē que incepit a Dauid laborantē ydolorū
cultura. ut ī libꝛ Regſ h͞r. reſpexit de⁹ mul
tiplicādo ꝓphas ſcōs. q vnū deuꝫ eſſe iceſ-
ſant ꝑdicabāt. ut in libꝛ Regſ. ⁊ ꝓphaꝝ cō
tinet. ¶ Quintaꝫ etatē a trāſmigratōe Ba
bilonis icipientē. gementē in circūciſoruꝫ
ꝑſſura. ut in libris Machabeoꝝ h͞r. de⁹ reſ-
pexit piiſſimo oculo. iextimabili caritate.
⁊ mīa īfinita. dando vnigenitū filiū ſuum
ut nos a miſerabili ſeruitute redimeret. ⁊
ad regna celeſtia reduceret. ¶ Sextā eta-
tē flagellatā ab īpatoribꝫ mūdi ut xp̄i no-
men extingueretꝫ. deus reſpexit miſerādo.
cū mirabili multitudine. ⁊ ↄtinuo augmē
to xp̄ianorū. reſpicit in ſacroꝝ multiplica-
tiōe. ⁊ eternoꝝ ↄſolatōe. Nō. n. fuit aliq̄n
tā grādis natio q̄ hēat deos appropiquan-
tes ſibi. ſicut deus n͞r adeſt nob̄. Deut. 4°.
q in ſacro altaris ei⁹ p͞ntiā hēmus cū reue-
renti choro angeloꝝ. ⁊ btā uita nobiſcum
habitat. ſi bn̄ aduertim⁹. ¶ Septimā etatē
iugo anxp̄i domandā ⁊ ſua ꝑſidia corum
pēdā p ſuo poſſe ꝛſpiciet de⁹. dādo Enoch
⁊ Heliā ꝑdicatores v͛itat ⁊ ſm̄ q̄ſdā etiam
Iohem euāgeliſtā. ut ſicut d͛ lege nāe erit
Enoch. ⁊ de lege ſcripta Helias. ſic de lege
euāgelica erit Iohes. Reſpiciet eandē de⁹
mittendo angelū ſuū q caput anxp̄i feriat
⁊ ipm̄ occidat. Reſpiciet eandē igne cōfla
gratiōis purgando. q̄ facto corpa īmorta-
lia ſuſcitabūt͛. ⁊ ab oī paſſiōe totalit͛ abſol
uent. ut amplius nullis miſeriis humana

nā ſubiaceat. Octau⁹ ocul⁹ nō ponit͛. quia
dāpnati erūt miſerrimi nlla mīa ſubleuā-
di. His modis ſubleuauit oculos Ih̄s ꝛc.
¶ Spālius aūt in paſſiōe ſua in cruce pen
dens. 7. pſonas reſpexit. ſepties clamans p
7. vba que dixit. ¶ p reſpexit pctōres dās
eis miſericordit͛ ueniā dicēs. Pater igſce
illis. qa neſ. qđ faciūt. Math. 26°. ¶ 2° re-
ſpexit afflictos. dās eis requiē ⁊ ↄſolatiōꝫ.
dicēs latroni. Hodie mecuꝫ eris in padiſo.
Luc. 22°. ¶ 3° reſpexit iuſtos. dans eis vtu
tē ⁊ gr̄am dicēs. Mulier ecce filius tu⁹. Et
diſcipulo. ecce m͞r tua. Ioh. 19° ca°. ¶ 4° re-
ſpexit ꝓphas. dans eis honorē ⁊ v͛itateꝫ in
his que de ipo ꝓphauerāt. dic. Cōſumatū
ē ꝛc. ¶ 5° reſpexit ſe ipm̄ q̄ꝫtū ad hūanita-
tē. hn̄s ſibi ↄpaſſionē ⁊ pietatē dicēs. De⁹
deus meus ut qđ dereli. me. ¶ 6° reſpexit
aīas ſcōꝝ patrū ī limbo manētes. dans eiſ
ſpem ⁊ ſecuritatē dicēs. Sitio. Ioh. 19° ca°.
¶ 7° reſpexit patrē. dans ei ſue aīe totali-
tatē. ⁊ ſuos diſcipulos ei ↄmendās p beni
gnitatē dicēs. Pat͛ in man⁹ tuas ↄmendo
ſpm̄ meū. i. aīam meā ⁊ diſcipulos meos.
Paulus. Qui adheret deo vn⁹ ſpūs eſt cuꝫ
eo. His modis tā ī ueti q̄ꝫ ī nouo teſtō vi-
dit deus n͞ras miſerias ⁊ defectus. Iō dr̄ ī
ep̄la. Hec enī ſūt duo teſtā ꝛc. uſq̄ꝫ. eius q̄
hꝫ vitā. ¶ Tertia ↄclo. Miſericordia ē taꝫ
excellētis pciōis q̄ ſine ipa nulla ē ſpes
hūane ſaluatōis. ¶ Nā. 4. ſūt vtutes excel-
lentes quas mīa ſupat. ¶ Prima ē abſtīa.
quā deus ī padiſo inſtituit dic. De liḡ ſcie
boni ⁊ mali uide ne comedas. Gen̄. 3°. Sed
mīa ſupat. qa abſtīa deo cōp⁹ ymolat. Ro.
12°. Obſecro uos p mīam dei. ut exhibeatiſ
corpa u͞ra hoſtiā viuentē deo. Miſericōdia
vo ymolat deo cor. Math. 9°. Eūtes diſcite
qđ ē mīam uolo ⁊ nō ſacrificiū ¶ Secunda
ē fides. de q̄ dr̄ Heb. xi° ca°. Sine fide īpoſſi
bile ē placere deo. Sꝫ mīa ſupat. qa ut dicit͛
Iac. 2°. Fides ſine opibꝫ. s. mie. mortua ē
ut ibidē ꝓſeqtur. ¶ Tertia ē caritas. i. Cor.
13°. Maior hoꝝ ē caritas. Sed mīa ſupat. qa
caritas ē fluui⁹ ripas ſuas nō exiēs. mīa at
ē fluui⁹ bonitatis ripas ſuas exiens ⁊ late
extra īundans. Caritas. n. inq̄ꝫtū h⁹. tantū
bona ſua coīcat. mīa aūt ⁊ h̄ facit. ⁊ aliud.
qa mala alioꝝ tanq̄ꝫ ſua reputat ¶ Quarta
ē iuſticia. Sap. 8°. Sobrietatē. n. ⁊ ſapiētiā
docet. s. deus. ⁊ iuſticiaꝫ. ⁊ v͛itatē. qbꝫ uti-
lius nihil ē in uita hoībꝫ. Int͛ iſta quatuor

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iuſticia p̄eminet.ut ibidē ꝓſeq̄tur. Sꝫ mīa
ſupat. Jac.2°. Supexaltat mīa iudiciū. Li-
cet.n.appellare a curia iuſticie ad curiā mi-
ſericordie. Vn̄ ſi vides tibi iminē g̃uamē
a iuſticia quocūq; mō ɔtra te etiā iuſte iu-
dicet. ɔfidenť appella ad curiā mīe. q̄m iu-
ſticia nccīo deferet appellatōi tue. H̄ ē ſoluꝫ
pctōꝝ refugiū. ubi ferunť ſnīe abſolutōis
et remiſſionis. In iſta curia ē ſignū crucis
Cui⁹ brachiū ſupius ē ɔpaſſio q̄ qs ɔpatiť
xp̄o paſſo ꝓ nobis. Brachiū inferi⁹ ē ɔpaſ
ſio q̄ qs ɔpatiť his q ſūt ī purgatorio. Bra
chiū ſiniſtꝝ ē ɔpaſſio q̄ qs ɔpatiť his q ſūt
ī h̄ mūdo q̄tū ad penalē miſeriā. Brachiū
dextꝝ ē ɔpaſſio q̄ qs ɔpatiť aīabꝫ q̄ peunt
in h̄ mūdo. Nulla v̄tus ſaluauit pctōrem
niſi mīa. Jō dr̄ i euan°. Ducētoꝝ denaioꝝ
panes nō ſufficiunt eis. ut vnuſqſq; modi
cū qd accipiat. Nam ducēti ducti p denos
faciūt duo milia. Denarij aūt ducti per de-
nos faciūt cētū. A ꝓmiſſiōe facta Abrahe
d̄ ſemine bn̄dicto p mīa; fluxerūt āni.88.
uſq; ad mortē ei⁹. A morte vo ip̄i⁹ uſq; ad
natiuitatē xp̄i fluxerūt anni duo milia.xij
In his duobꝫ milibꝫ ⁊ centū ānis non co-
medebať panis mīe ad ſufficientia; ſalua-
tiōis uſ̄is nature hūane. ſ ſolū ſaluationis
pticularis h⁹ aut illi⁹ pſone. ⁊ h̄ erat modi-
cū qd in tota nā hūana. Hanc mīa; tribuit
nobis xp̄s i cruce. Vn̄ dr̄ i euan°. Eſt puer
vn⁹ h̄.s.xp̄s. Cū.n. puer iterrogaret a p̄re
dicēte. Fili q̄tū diligi me. oñde mihi. Pu-
er nō ualēs v̄bo amorē exp̄mē. ope oñdit.
Nā extendēs brachia. ⁊ iclinato capite in
forma crucifixi. totum ſe ſup p̄rem ꝓiecit.
amplexās ⁊ oſculans. q̄i dicat. Tantū uos
diligo ꝙ me totū uob̄ dono. Sic xp̄s puer
nat⁹ nob̄ nō potuit nob̄ v̄bo amorē ſuum
oñdere. ſ ope declarauit. qa q̄tū potuit ſe
extendē i oēm dimēſionē. tātū ſe extēdit
i cruce. iclinās nob̄ caput ad oſculū. ⁊ bra-
chia extendēs ad amplexū. dic. tm̄ uos di
ligo. q̄ i amore menſurā nō habui. Cū.n.
oīa xp̄s fecerit i nūero. pondē. ⁊ menſura.
Sap.xi°. Vnū tantuꝫ fecit ſine menſura.s.
opus amoris. qa nūq̄ potuit ſatiāi pena ꝓ
nr̄a ſaluatiōe. Vn̄ i cruce clamās ait. Sitio
i. adhuc plura ⁊ g̃uiora ꝓ uob̄ pati deſide-
ro. Iſte amor p quinq; vulnera q̄i p quinq;
fontes emanauit. iō dr̄ in euāgelio Habet
qnq; panes ordeaceos. Sūt.n. uelut quinq;
horrea Joſeph. g̃nū uite ɔſeruātia i ſalutē

mūdi. Sūt uelut.5. ciuitates refugij in t̄ra
ꝓmiſſiōis ad q̄s ɔfugiēs ſaluabiť. Sūt.5.
ciuitates i terra egipti loquētes ligua cha
nanea. Yſa.19° ca°. Egipt⁹ ē caro xp̄i.5. ciui
tates ſūt.5. vulnera xp̄i. que loq̄ūť ligua
chananea. i. ɔmutata. Nā ſanguis alioruꝫ
iuſtoꝝ clamabat vindictā. ſanguis xp̄i cla
mat mīam. p̄s. Effunde irā tuā in gentes
que te nō nouerūt. Et Heb.12°. Acceſſiſtiſ
ad ſanguinis aſpſionē melius loquentē q̄
Abel. Merito clamat mīam. qa ut dicit in
euan°. hꝫ duos piſces. Nā piſcis albꝫ d̄ſigt
puritatē inocētie i aīa xp̄i. ⁊ p̄ciū ſufficiēs
ſanguinis i carne xp̄i. Sed h̄ qd ſunt inter
tantos ? Nō dubitatiue ſ admiratiue int-
rogat. Quaſi admirās g̃uitatē pcti hoīs. p
quo aliť ſatiſfieri nō poterat. niſi ex precio
ſanguis xp̄i inocentis. p quē reductuꝫ eſt
humanū gen⁹ ad ortū deliciaꝝ. i. padiſum
celeſtē a quo p pcām̄ electū fuerat. Jō dr̄ i
euan°. Erat aūt fenū multū i loco. q̄i dicat
Dū hō fuit i padiſo terreſtri fuit herba vi
rens.s. p rorē grē originalis iuſticie. p̄s.
Mane ſicut herba floreat. ſ p pcām̄ aruit ⁊
factus ē fenū. Yſa.40. ca°. Oīs caro fenum.
In loco itaq; hui⁹ mūdi erat multū fenū.
i. vniuerſitas pctōꝝ que d̄bebat rigari ſan
guine. aqua. lacrimis. ⁊ ſudōe chriſti. Hec
vniuerſitas hoīuꝫ diſtinguiť in.5. etates.ſ
pueritiā. adoleſcentiā. iuuentutē. ſenectu-
tē. decrepitā etatē. hij ſūt qnq; milia hoīuꝫ
q reficiūtur pane xp̄i i cruce. Jō dr̄ i euan
gelio. Diſcubuerūt viri numero.5. milia.
Quia v̄o Yſaac geſſit typuꝫ paſſiōis xp̄i in
cruce. ideo dr̄ in ep̄la. Nos aūt frēs ſcd̄m
Yſaac ꝓmiſſiōis filij ſum⁹. ❡ Quarto dō
Ad ſpei nr̄e ſubleuationē. oñdit xp̄s mul-
tiplicē circa nos miſerationē. Sciēdū q̄.12
ſūt cauſe pctōꝝ i hoīe que p̄ſtant nob̄ ma-
gnā ſpem dīne mīe. Prima ē ignorantia.
pꝫ d̄ Niniuitis. Jone.4°. Secūda ē fragili
tas. Gen̄.5°. Nō pmanebit ſp̄ūs me⁹. i. in-
dignatio mea in hoīe. qa caro ē.s. p fragili
tatē. Math.26°. Sp̄ūs qdē ꝓmptus ē. caro
aūt ifirma. Tertia ē ꝓnitas. Gen̄.8°. Sen-
ſus ⁊ cogitatio cordis hūani ꝓna ſunt ad
malū ab adoleſcētia ſua. Quarta ē ɔcupiā
i. Joh.2°. Oē qd̄ ē in mūdo. aut ē cōcupia
carnis. aut ɔcupia oculoꝝ. aut ſupbia vite
Quīta ē rebellio intus ificiēs. Gal.5°. Ca
ro ɔcupiſcit aduerſus ſp̄m. ⁊ ſp̄ūs aduer-
ſus carnem. h̄.n. ſibi inuicē aduerſantur.

Sexta ē ɔuerſatio extra alliciēs. p̄s. Pecca
tori aūt dixit deus. q̄re tu enarras iuſticiaſ
meas ⁊c̄. uſq;. ⁊ tacui. Et Paulus. Corrū-
pūt bonos mores colloq̄a p̄ua. ꝓ̄. p̄. Fili
mi ſi te lactauerit pctōres ⁊c̄. Septima ē
dya⁹ vndiq; aggrediens. i. Pet.5° ca°. Ad-
uerſari⁹ vr̄ dya⁹ tāq̄ leo rugi. circuit que-
quē deuo. Octaua ē hon⁹ pctōꝝ deitiēs. p̄s
Iniq̄tates mee ſupgr̄. ſunt ca. me. ⁊ ſi. ho. g̃
gra. ſūt ſup me. Nona ē ɔſuetudo. ꝓ̄.18°.
Impi⁹ cū in ꝓfundū uenerit pctōꝝ. ɔtem
pnit. Decima eſt nccitatis hitudo. Ro.7°.
Video aliā legē in mēbris meis repugnā-
tem legi mētis mee. ⁊ captiuantē me i le-
ge pcti. Vndecia blaſfemia. p̄s. Sꝫ ppter
irā iimicorū diſtuli. ne fo. ſup. ho. eoruꝫ. ⁊
dice. man⁹ no. excel. ⁊ nō do. fe. h̄ oīa pꝫ d̄
Holoferne. Judith.2°. pꝫ d̄ Goliat. p̄ Regl
17°. pꝫ de Anthioco. 2° Mach.9°. Duodecia
ſupbia. pꝫ de Naaman ſiro. qui indignanſ
abiīt ad Jordaneꝫ iuxta verbū Heliſei.4°
Regl.5°. Ex paſſiōe qdē xp̄i colligūtur.12.
cophini mīe.4. modis. ❡ P̄o fontalis ſanatio
nis. Quidā.n. medicus obuiauit cuidam
militi ualde triſti ⁊ dolēti. Interrogatus a
medico vn̄ eēt. R̄ndit. Ego ſū de quadam
terra ualde corrupta. cuius oēs fontes ſūt
corrupti. Interrogat⁹ cur ſic eēt triſtis. rn̄-
dit. Ego ſū miles talis regis. ⁊ dedit mihi
filiā ſuā pulcherrima; in uxorē tali pacto
ut eā ſeruarē mūdā. ⁊ ſi ſub ptāte mea in-
curreret aliquā maculā ego pderē caput.
Cꝫ p̄ aūt illa filia regl itrauit terrā meā. fac
ta ē leproſa. ⁊ imunda. iō ſū triſtis. timenſ
ſnīam mortis. Medicus ait. Ne timueris.
dabo tibi optimū ɔſiliū ad ſanandā ſpon-
ſam tuā. Et duxit eū ad qd̄dā viridarium
⁊ oñdit ei herbas medicinales. ⁊ fruct⁹ mi
rabiles. Et ſub quadā mag̃ ſpina oñdit ei
vnū fontē a q̄.12. riui ꝓcedebāt ſūme vir-
tuoſi. In iſto inq̄t fonte lauabis ſp̄oſa; tuā
⁊ de iſtis herbis facito electuariū q̄ utet. d̄
iſtis fructibus reficieť. ⁊ ſic ſanata p̄ſtine
pulchritudini reſtituetur. Credidit mileſ
medico. ⁊ fecit ſic. vnde ſanata ē ſp̄oſa ei⁹.
Sp̄ūaliter. Medic⁹ ē ſp̄ūs ſcūs. miles ē hō
pctōr. rex ē deus p̄r. filia regl ē aīa rōnalis
ad ymaginē dei creata ſine macula. t̄ra cor
rupta ē corp⁹ nr̄m. cui⁹ oēs fontes ſūt cor-
rupti adeo ut nihil ex eis ꝓcedat niſi corru-
ptio. p oculos. p nares ⁊c̄. Subito ut aīa ta
li corpi ex corrupto ſemine formato iſun-

diť. leproſa pctō origiali efficiť. ⁊ hō mor-
ti eterne adiudicať. Viridariuꝫ ē eccl̄ia dei
in q̄ ſub ſpina. i. crucifixo ſub corona ſpi-
nea. latet fons ſūme medicinalis. de q̄.12.
riui oriunť. duo riui ſanguis de pedibus.
duo riui ſanguinis de manibꝫ. duo riui de
latere. vn⁹ ſanguis. ⁊ alius aque. duo riui
de oculis.s. lacrimaꝝ. 9⁹ riu⁹ de ore.s. dul-
cia v̄ba. x⁹ riu⁹ ſanguis de capite. xi⁹ riuus
ſanguis d̄ dorſo flagellato. 12⁹ riu⁹ de toto
corpe.s. ſudor ſanguine⁹. Herbe medici-
nales ſūt dona ſp̄ūs ſci i ſacr̄is eccl̄ie. Fruc-
tus ſūt opa bona pnīe ⁊ mīe ❡ In iſto igiť
fonte.s. baptiſmi q hꝫ v̄tutē a paſſiōe xp̄i
lauet aīa. ⁊ p̄ſtine pulchritudini reſtituet
Joh.3°. Niſi qs renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſp̄ū
ſcō nō p̄ōt introire i regnū dei. ❡ 2° eternaſ
ɔſolationis. Ex paſſione xp̄i in cruce colli-
gunť.12. fruct⁹. Prim⁹ eſt deo p̄ri recōci-
liatio. qa p eā ſum⁹ deo p̄ri recōciliati. 2⁹ ē
ianue celi aptio. An̄ paſſionē xp̄i porta celi
erat clauſa. ⁊ nos ad ventū ⁊ pluuiā expec
tabam⁹ extra padiſū. 3⁹ ē nāe hūane exal-
tatio.s. ad glām dei. 4⁹ ē angelice ruine re-
ſtauratio. q̄m ſedes ille vacātes de hoīum
aīabꝫ iplenť. 5⁹ ē nr̄i p̄cti ſolutio.s. ſangui
nis xp̄i. 6⁹ eſt pctōꝝ nr̄oꝝ lauatio. Lauit
nos a pctis nr̄is in ſanguine ſuo. Apoc. p̄.
7⁹ ē nr̄a defenſio i brachioꝝ extenſiōe. p̄s.
Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ſpabo. donec traſe-
at a me iiq̄tas. 8⁹ ē tribulationū alleuiatō.
Iſtud ē lignū miſſū in aquas Marath. q̄ i
dulcedinē uerſe ſūt. Exod.15° ca°. 9⁹ ē tem-
ptationū euaſio. viſo ſig̃ crucis fugit dya⁹
qa in eo vict⁹ ē. x⁹ ē infirmorū ſanatio. vn̄
figurať p ſerpētē eneū ſuſpēſū i palo. queꝫ
ifirmi aſpicientes ſanabanť. Joh.3°. Sicut
Moyſes exaltauit ſerpenteꝫ in deſerto ⁊c̄.
xi⁹ ē ſcōꝝ patrū viſitatio.s. in limbo. ⁊ ab
inde ipoꝝ eductio. Zach.9°. Tu quoq; in
ſanguie teſti tui emiſiſti victos de lacu. in
quo nō erat aqua. 12⁹ eſt dyaboli alligatō
Apoc.20. ca°. ❡ 3° ſp̄ūalis dilectiōis. In lig̃
eni cruci affixus ē liber d̄ arte amādi. Nō
d̄ turpi amore ⁊ carnali. ſ d̄ caſto ⁊ ſancto
amore atq; ſp̄ūali. iō ē ſalus aīaꝝ. In hoc li
bello ſūt.12. icitamēta amoris ſp̄ūalis ❡ Vn̄
aīa deuota que in hoc libro ſtuduit. amore
vulnerata dicebat. Fulcite me floribꝫ. ſti-
pate me malis. qa amore lāgueo. Cantic.
2° ca°. Sic.n. pſona que amore infirmatur
multa idicia amoris pferre ɔſueuit. ſic xp̄s

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in cruce amore aīaꝝ vulneratꝰ multa indi
cia amoris in ſe habuit. pͥ ꝓ ſerto ſeu capel
lo roſaꝝ habuit ſertū ſpinaꝝ. 2° hūit ocu
loꝝ largorē ⁊ merorē. 3° faciei ſpecioſiſſi
me pallorē. amātes. n. macie palleſcūt. 4°
cātilenā amoris in ſeptē ūba diſtinctam.
Amauit pctōres dicē. Pater ignoſce ꝛc. Ama
uit latronē dicēs. Hodie mecū eris. Ama
uit mrēm ⁊ diſcipulū dicēs. Mulier ecce fi
lius ꝛc. Amauit patrē dicēs. Deus meus
ut qd ꝛc. ¶ Amauit pres in limbo dicēs Si
tio. Amauit ꝓphas dicē. ꝯſumatū ē. Ama
uit oēs credituros in ipm dicēs. Pat̄ i ma
nus ꝛc. 5° in maībꝰ roſas rubeas portauit
i. rubore clauoꝝ. 6° habuit latꝰ ⁊ cor aptū
ut oſtēderet imenſitatē ſui amoris. 7° bra
chioꝝ extenſionē in modū choreizant̄ iter
duos latrones. 8° caput inclinatū. ⁊ os por
rectū ad oſculū. 9° habuit cirothecas i ma
nibꝰ. rubeas. ſ. manuū cruētationē. ⁊ anu
los aureos. i. clauoꝝ infixionē. x° hūit bur
ſam aptā cū pecunia. i. coſtaꝝ aptionem ⁊
ſanguis effuſionē ꝓ pecunia. xi° ꝓ corrigia
friſata habuit lateris aptionē. ⁊ ꝑcuſſionū
ac flagelloꝝ liuorē. 12° ꝓ ſotularibꝰ pforā
tis ⁊ roſtratis habuit pedū pforationē. ⁊
clauoꝝ infixionē. ¶ 4° regularis pfectiōis
Qn̄ eni pueri mittūt ad ſcolas ſcribit̄ eis
libellꝰ ⁊ affigit̄ ligno ne deſtruat̄. ſic in lig
crucis xpī ſcripſit deus libellū ad informa
tionē uite xpianoꝝ ꝯtinentē. 12. regulas.
Prima regula ē uoluptatū abdicatiōis. ⁊
h̄ ꝯtinet̄ in capitis xpī coronatōe. Nō. n.
decet ſub ſpinato capite mēbra viuē volu
ptuoſe. Secūda regula ē obediētis pfecti
onis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ in capitis xpī inclinatiōe.
Cū. n. deꝰ pr̄ iniūxiſſet filio ſuo pati mortē
ꝓ pctōribꝰ. ipe uidēs mortē caput inclina
uit. ⁊ nobis exēplū obie pbuit. Tertia re
gula ē pie ꝯpaſſiōis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ i lacrimaꝝ
effuſione. ꝓ pctōribꝰ orās. Heb. 5° ca°. Cū
clamore ualido ⁊ lacrimis orans exauditꝰ
ē ꝓ ſua reuerētia. ſic nos ꝓ īimicis cū lacri
mis orare debemus. Quarta regula ē pa
tiētis humiliatiōis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ i auriū ob
turatiōe. qa q̄ſi ſurdus diſſimulauit ūborū irri
ſionē. ⁊ criminū falſorū ipoſitionē. ſic nos
debemꝰ patient̄ tolletare iiurias. Quinta
regula ē clemētis loqutōis. ⁊ h̄ ꝯtinetur i
uerbis que in cruce ꝓtulit. ſic nos ſp debe
mus deū laudāe. Sexta regula ē ſobrie de
guſtatiōis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ in eiꝰ ſiti cū felle po

taret̄. ſic nos ſobrietatē hr̄e debemꝰ. Sep
tima regula ē paupis denudatōis. ⁊ h̄ ꝯti
net̄ in corpis ſui nuditate. Fuit. n. paup i
pecunia. qa nō habuit didragma q̄ uitam
ſuā redimeret. paup in amicis. qa nullum
habuit q ꝓ eo corā iudice aduocaret. pau
per i ueſtibꝰ. qa nō habuit quo tegeret car
nē ſuā. paup i poſſeſſiōe. qa nō hūit vnum
palmū de terra ubi pedē figeret. paup i ci
bo. qa nō habuit qd comederet uel biberēt.
paup in domo ⁊ i lecto. qa nō hūit ubi ca
put reclinaret. paup i ſepulchro. qa i alie
no ſepulchro fuit poſitꝰ. ¶ Octaua regula ē
libalis erogatiōis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ i manuū pfo
ratione. i manu pforata nihil retineri pōt
ſ; totū effluit. ſic xp̄s oīa nobis dedit ⁊ ni
hil ſibi retinuit. ut ⁊ nos ſimile faceremꝰ.
Nona regula ē ardētis dilectiōis. ⁊ h̄ ꝯti
net̄ in brachioꝝ extēſione ad oēs amplex
andū. ſic nos oēs debemꝰ amore āplexari.
Decima regula ē puriſſime orōnis. ⁊ h̄ ꝯ
tinet̄ i manuū eleuatōe. ſicut Moyſes ele
uatis mālbꝰ orās ꝓ iſrl̄. ipetrauit victoriā
ꝯtra Amalech. ſic xp̄s orās ꝓ ecclīa eleuat̄
manibꝰ firmatis clauis in cruce. ꝑ ea obti
nuit victoriā. Undecima regula ē apte ꝯ
feſſionis. ⁊ h̄ ꝯtinet̄ in lateris xpī aptiōe.
Sic. n. xp̄s latus habuit aptū. ſic nos i con
feſſione debemꝰ apire ⁊ nudare cor noſtꝝ.
Duodecima regula ē pſeuerātis opatiōis.
⁊ h̄ ꝯtinetur in corpis xpī i cruce ꝯfixiōe.
Tantā. n. ſtabilitatē ⁊ pſeuerantiā habuit
ꝙ nec rogatu iudeoꝝ. nec lacrimis matris
nec amicoꝝ dolore deſcēdē uoluit de cruce
ut pſeuerantiā in tribulatōibꝰ nob demō
ſtraret. ¶ Iſta ſūt ſigna maxīe mīe dei circa
nos. Iō dr̄ in euāgelio. Illi hoīes cū uidiſ
ſent ſignū ꝛc. ꝑ quā mīam libauit nos ab
impugnatione dyaboli. Iō dr̄ in eplā. Sed
qn̄o tunc ꝛc.

Secūdo declarat̄ eadē ḋcl'o teſtimoio
legꝭ Aplice. ⁊ h̄ q̄drupliciť. ¶ p° btūs
Petꝰ. i. canonica 3° ca°. dic. In fide aūt oēs
vnanimes in orōne eſtote. ꝯpatiētes. frat
nitat̄ amatores. miſericordes. modeſti. hu
miles. nō reddentes malū ꝓ malo. uel ma
ledictū ꝓ maledicto. ſ; ecōtrario bn̄dicen
tes. qa in h̄ uocati eſtis ut bn̄dictionē he
reditate poſſideatis. h̄ ille. ¶ 2° btūs Pau
lus Eph. 4° dic. Eſtote iuicē benigni. miſe
ricordes. donātes iuicē. ſicut ⁊ deus in xp̄o
donauit uob. ¶ 3° btūs Iacobꝰ in canonica

2° ca° dic. Iudiciū ſine mīa erit illi q nō fa
cit mīam. Si frat̄ aut ſoror nudi ſūt. ⁊ indi
geant victu cottidiano. dicat aūt aliqs de
uobis illis. Ite i pace. calefacimini. ⁊ ſatu
ramini. nō dederitis aūt eis q̄ neccīa ſūt cor
pori. qd uob ꝓderit? h̄ ille. ¶ 4° btūs Iohēs
i. canonica. 3° ca° dic. Qui hūerit ſubaꝫ mū
di huiꝰ. ⁊ uiderit frēm ſuū necitatē hr̄e. ⁊
clauſerit uiſcera ſua ab eo. quō caritas dei
manet i eo? Filioli non diligamꝰ ūbo neq;
lingua. ſ; ope ⁊ ūitate ꝛc.

Tertio declarat̄ eadē ḋcl'o teſtimoio
legꝭ Canonice. Sciēdū ꝙ mīa ē qua
druplex. ¶ Prima ē redēptori aīaꝝ emptaꝫ
expectantis. q manifeſtat̄ q̄druplici ſigno
¶ p° qa cadentē in pctm̄ miſericordit̄ expec
tat ut reſurgat. Un̄ diſt. 93. ca°. dyaconi ſūt
quos i Apoc ꝛc. dr̄ ſic. Moderatō. n. dei ac
pietas ſolum nr̄m reditū requirit. ac nos cu
pit lōga bonitate ſaluari. Si nō ꝯuertimur
ſi duri colli ſumꝰ. ſi in pctis uſq; ad mortē
pduramꝰ. aſſidue peccantiū nō miſeretur
deus. h̄ ibi. ¶ 2° qa volētes reſurgē miſeri
cordit̄ iuuat. Un̄ de pnīa diſt. i. § ſerpens
dr̄ ſic. Multiplex mīa dei ita lapſibꝰ hūanis
ſubuenit. ut nō ſolū ꝑ baptiſmi grām. ſed
etiā ꝑ pnīe medicinā ſpes uite repet̄ eterne.
ut q dona regeneratōis violaſſent. ꝓprio ſe
iudicio ꝯdēpnātes ad remiſſionē criminū
ꝑuenirēt. h̄ ibi. ¶ 3° qa pſumētes ḋ mīa dei
⁊ illa peccādo abutētes ꝑ iuſticiā ꝯdēpnat
Un̄ de pnīa diſt. i. § taciturnitas. dicit̄ ſic
Deus q miſericors ⁊ iuſtꝰ ē. ſicut ꝯſeruat
mīam i iuſticia. ita ⁊ iuſticiā in mīa. Opuſ
ē. n. mīe. penitenti pctā dimittē. ſ; oꝫ ut iu
ſtus miſereat̄ iuſte. Optet. n. ut nō ſolū qd
ſ; i q̄ doleat ꝯſiderē. ſi dignꝰ ē nō dico iuſti
cia. ſ; mīa. ¶ Iuſticia. n. ſola dāpnat. ſ; dignꝰ
ē mīa. q ſpūali labore petit grāꝫ. h̄ ibi. ¶ 4°
qa iuſtos i iuuētute miſericordit̄ ad ſe vo
cat. Sap. 4°. Iuſtꝰ ſi ꝑoccupatꝰ fuerit mor
te i refrigerio erit. Placēs deo factus ē di
lectus. ⁊ viuēs int̄ pctōres trāſlatꝰ ē. Rap
tus ē ne malitia mutaret intellectū eiꝰ. aut
ne fictio decipiat aīam illꝰ. Conſumatus i
bui expleuit tpa multa. placita. n. erat deo
aīa eiꝰ. ꝓpter h̄ ꝓpauit educē illū ḋ medio
iniqtatis. qm̄ grā dei ⁊ mīa in ſcōs illius.
⁊ reſpectus ſup electos illꝰ. h̄ ibi. ¶ Secū
da ē largitoris indigentē ſubleuād. Tāta
eni ē necitas faciēdi corpalē elymoſinam. ꝙ poſ
ſeſſio eccl̄ie oꝫ alienari ꝓ magna idigentia

aſſlictoꝝ. Sup quo ponat̄ talis caſus. Uir
qdā ea ꝯditōe terrā eccl̄ie donauit. ut non
licēt ei illā alienare. ⁊ ſi fuerit alienata. lice
at ei uel heredibꝰ ſuis datū reuocare. Pꝰea
ūo iminēte neccitate. ꝓ mag̃ fame paupꝫ.
ꝓ redēptiōe captiuoꝝ. ꝑ graui delicto ec
cleſie. eccl̄ia uoluit illā alienare. nō obſtā
te tali ꝯditione. Querit̄ an poſſit. ita ꝙ res
vēdita nō redeat ad eū q dedit illā. Uidet̄
ꝙ alienatio ſit licita. pͥ qa nemo paciſcen
do efficē pōt qn liceat ei rē ſuā alienare. ff.
ḋ pactis. l. penult. 2° hi clerici ſpū dei ⁊ le
ge ꝑuata ducūtur. 12. q. i. ca° duo ſunt. 3°
qa pactū i p̄dicto caſu ē ꝯtra bonos moreſ
⁊ ꝯtra coēm utilitatē. g̃ nō ē obſeruandū.
ff. ḋ pactis. l. iuri gentiū. §. ⁊ generalit̄. 4°
qa ꝑuata diſpoſitio donatoꝛ. nō pōt gene
ralē ꝯſtitutionē imutare. Extra ḋ teſtibꝰ.
ca° requiſiti. Sꝫ ꝑ ꝯſtitutionē eccl̄ie illa r̄ra
pōt alienari. 5° qa maior ē lex dei q̄ ꝑcipit
ꝙ lex hūana ⁊ ꝙ pactū hoīs. g̃ ꝑponenda.
ut hr̄ diſt. x. ca° lege. ubi dr̄. Lex ipatorū
nō ē ſup legē dei. ſed ſubeſt. 6° qa talis ꝯdi
tio erat itelligenda ſi res pmāſerit in eodē
ſtatu. 22. q. 2. ca° ne qs arbitret̄. Ea. n. que
ḋ nouo emergūt nouo idigēt auxilio. ff. ḋ
interrogatoriis actiōibꝰ. l. de etate. ¶ Sed
ꝙ non poſſit alienari. ⁊ ſi alienata fuerit ꝙ
poſſit reuocari. arguit̄ ꝑ. qa qdcūq; pactū
appoſitū ſit i traditōe rei uale oꝫ. ff. ḋ pact.
l. traditōibꝰ. 2° qa pacta ſūt ab oībꝰ obſer
uāda. Extra ḋ pact. ca° p. ⁊ 3°. ¶ Rn̄det ꝙ
in illis caſibꝰ pōt alienari. Un̄ Amb° ut hr̄
12. q. 2. ca°. Aurū h̄ eccl̄ia non ut ſeruet. ſ;
ut eroget. ⁊ ſubueniat i neccitatibꝰ. Quid
opus ē cuſtodiri qḋ nil adiuuat? An igno
ramus q̄tū auri. q̄tū argēti ḋ templo dn̄i
aſſirii ſuſtulerūt? Nōne meliꝰ ꝯflat ſacer
dos ꝓpt̄ alimoniā paupꝫ. ſi aliq̄ ſubſidia
deſūt. ꝙ ſi ſacrilegus ꝯtaminet ⁊ aſportet
hoſtis? Nōne dicturꝰ ē dn̄s. cur paſſus eſ
tot iopes fame mori. ⁊ certe hēbas auꝝ vn̄
miniſtrares alimoniā. cur tot captiui i co
mertiū. i. in captiuitatē ducti nec redēpti
ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat ut vaſa
viuentiū ſeruares ꝙ metalloꝝ. His nō poſ
ſet reſum referri. Quid. n. dicetes. timui
ne tēplo dei ornatꝰ deeſſet. rn̄deť. auꝝ ſacra
nō querūt. neq; auro placēt que auro non
emūt̄. Ornatus ſacroꝝ. redēptō captiuoꝝ
panis ē uter⁹ v̄ginał. Unđ Iohes Dama-
ſcen⁹ i ſermone de aſſūptiōe btē uirginis.
dic ſic. Ex te. n. deitatis flāma. v̄bū pr̄is.
manna celeſte dulciſſimū. nomē ſup omē
nomē. eternū lum̄ ⁊ inacceſſibile. celeſtis pa
nis uite. fruct⁹ abſq; cultu. corpalit ex te
pullulauit. H ille. Per hūc panē libati ſu-
mus a tenebris inferni ❡ 17. ꝓphia hētur

Exod. 19° ca°. i montis ſcificatiōe. ubi dr̄.
Iam aduenerat dies terti⁹. ⁊ mane incla-
ruerat. Et ecce ceperūt audiri tonitrua. ac
micare fulgura. ⁊ nubes denſiſſima opire
mōteȝ. Totuſq; mōs ſynai fumabat. eo q
deſcēdiſſet dn̄s ſup eū i igne. ❡ Iſte mōs
ſig̃t uteȝ btē uirginis. ſucceſuȝ igne ſpūs
ſci. i quē dſcēdit fili⁹ dei. Unđ Iohes Da
maſcen⁹ i ſermōe de natiuitate btē uirgis
dicit ſic. Edita ē. n. nob mať dei. de q naſci
uoluit agn⁹ dei q tollit pctā mūdi. Notiſ-
ſim⁹. n. mons dei naſcit. q p̄cellit oī colli.
oīq; hūano cacumini. ac pemīnentie nāte
angelice. Sanctior ſynai ſublimitas. quā;
nec fum⁹. nec caligo. nec ꝓcella. nec terri-
bilis ignis. ſ ſpūs ſci ſplēdor lucifu⁹ teri-
git ⁊c̄. ❡ 18. ꝓphia hētur Exod. 24° ca°. in
tabulaȝ deſcriptōe. ubi dr̄. Opuit nubes
montē. ⁊ hitauit glia dn̄i ſup ſynai. ⁊ de-
dit duas tabulas lapideas ſcriptas digito
dei. ❡ In btā uirgie ſpūs ſcūs puriſſimo
ſanguine fabricauit corpus yhu xp̄i. Un̄
Iohes Damaſcen⁹. ubi ſup. dic ſic. Ibi. n.
v̄bū dei ſcripſit in tabulis lapideis digito
i. ſpū ſcō. In hac aūt btiſſima v̄gie ex ſpū
ſcō eiuſq; ſanguie. idē uerbū incarnatū ē.
⁊ tradidit ſe ipm nature nr̄e effectiuū ſa-
lutis anthidotū. H ille. ❡ 19. ꝓphia hētur
Exod. 25° ca°. i arche fabricatiōe. ubi dr̄.
Archā de lignis ſethim ɔpigite. ⁊ deaura-
bis eā auro mūdiſſimo intꝰ ⁊ forꝭ. ponēq;
i archa teſtificatōȝ quā dabo tibi. ❡ Iſta
archa ē btā uirgo. icorrupta. ⁊ ſcificata. i
q ē xp̄s teſtificatio dei patris. Unđ Iohes
Damaſcen⁹. ubi ſ. dic ſic. Agnoſcat ſe uir-
go btā archā incōpabilē. Archa. n. vndiq;
auro coopta. māna i ſe hn̄s. lagena aurea.
menſa. ⁊ oīa uetera. i figura h⁹ tanq̄ ueri
pmitiui umbra. uenerabāť. H ille. ❡ 20.
ꝓphia hr̄ Exo. ulť ca°. i tabnaculi erectōe
ubi dr̄. Erexit Moyſes tabernaculū teſti-
monii. ⁊ opuit nubes illđ. ⁊ glia dn̄i iple
uit illđ. ❡ Iſtud tabnaculū ſig̃t btāȝ uir-
ginē quā ſpūs ſcūs obumbrauit. ⁊ fili⁹ dī
ipleuit uteȝ ei⁹ ſua diuitate. Unđ Iohes
Damaſcen⁹. ubi ſ. dicit ſic. Cedat typicuȝ
tabnaculū qđ ɔſtruxit Moyſes i deſerto.
e p̄cioſis lapidibus. multimoda matia. ⁊
an illud. Abrahe tabnaculū. Hoc. n. taber
naculum. ſ. btiſſima uirgo. nō arte hūana
uatioq; labore artificū. factū dei tabnacu-
lū. ac receptaculū. filiū dei i ſe ſuſcepit. hec

ille. Naȝ illud fuit figura h⁹. ❡ 21. ꝓphia
hr̄ Nūeri. 17° ca°. i uirge floritiōe. ubi dr̄.
Germinauit uirga Aaron in domo Leui.
⁊ turgētib⁹ gēmis erupant flores. q folijs
dilatatis. in amigdalas deformati ſunt.
❡ Iſta uirga florens ſig̃t beataȝ uirgineȝ
Unde Amb° in ſermōe de natiuitate btē
uirginis dic ſic. Accepte ſunt a ſcō Moyſe
ſingule v̄ge de ſingulis tribub⁹ iſrł. noīb⁹
eaȝ inſcripte iubēte dn̄o. ⁊ poſite i taber-
naculū ei⁹. Int quas vna q̄ fuerat Aaron
ſequēti die germiaſſe. floruiſſe. frōduiſſe.
ac peperiſſe amigdala repiť. Sciens g̃ dn̄s h
opus ſuū magni eē miſterii. iuſſit ſeruari
uirgā ad monimētuȝ. Monebant filii iſrł
p̄ntia uirge. querere ſollicite qđ ſignifica-
ret tā mirabile factū. Sicut. n. illa v̄ga ſin
q̄libet nature adminiculo fructificauit. ita
uirgo Maria ſine ɔiugali ope filiū ꝓcrea-
uit. filiū ſanc flore deſignatū. ⁊ fructu. flo-
re ꝓpter ſpēm. fructu ꝓpť utilitatē. Eſt. n
ſpecioſus forma p̄ filiis hoīuȝ. ⁊ uitalis re
fectio nō ſolū hoīuȝ. ſ etiā angeloȝ. H ille.
Et ſic pȝ ⁊c̄. ❡ 22. ꝓphia hr̄ Nūeri. 24°
ca°. i ſtelle appitiōe. ubi dr̄. Orieť ſtella ex
Iacob. ⁊ ɔſurget uirga đ iſrł. ⁊ pcutiet du
ces moab. ❡ Iſta ſtella ſig̃t btāȝ uirgineȝ
q̄ emiſit radiū ſuū. i. filiū ſuū. abſq; ſui cor
ruptōe. Unđ Bern̄. ſup miſſus ē. dic. Ma
ria intp̄tať ſtella maris. ⁊ uirgini ɔueniē-
tiſſime aptať. Ipa nanq; ſyderi aptiſſime
ɔpatur. Quia ſicut ſine ſui corruptiōe ſy-
dus ſuū emittit radiū ſic abſq; ſui leſione
uirgo pepit filiuȝ. Nec ſyderis radi⁹ ſuam
minuit claritatē. nec v̄ginis fili⁹ ſuā inte-
gritatē. H ille. ⁊c̄. ❡ 23. ꝓphia hr̄ Deut°.
ulť. ca°. i ſynai bn̄dictiōe. ubi dr̄. Dn̄s de
ſynai uenit. ⁊ de ſeyr ortus ē nobis. Appa-
ruit de monte pharan. ⁊ cū eo ſcōȝ milia.
❡ Iſte mons ſynai ſig̃t btām v̄ginē. de q
nat⁹ ē yhus xp̄s. q bn̄dictōeȝ dei toti attu
lit mūdo. Unde Iohes Damaſcen⁹. i ſer-
mone de natiuitate btē uirgis. dic ſic. Be-
nedicta q̄ placuiſti dn̄o. ad quē ſemp tua
intētio. ad quē tuū ſemp deſideriū. Viue-
bas. n. nō tibi. neq;. n. ꝓpter te nata es. ſ
uiuebas deo. ꝓpť quē i hūc mūdū ueniſti.
ut ſalutem afferres mūdo. ut antiquū dei
cōſiliū. ſ. incarnatōis v̄bi. nr̄eq; ſaluatōis
ɔpleret. cui⁹ affcūs diuinis fungilabat col
loquiis. H ille ⁊c̄. ❡ 24. ꝓphia hr̄ Ioſue
x° ca°. i ſolis fixiōe. ubi dr̄. Stetit ſol i me-

dio celi. ⁊ non feſtinauit occūbere ſpacio
vni⁹ diei. ❡ Iſte ſol ē xp̄s. celū ē btā uir-
go i cui⁹ utō ſtetit xp̄s decē mēſib⁹. ſicut
ſol tpe Ioſue ſtetit i medio celi. x. horis.
Unđ Sap. 7° ca°. dr̄. In uētre matris mee
figurat⁹ ſū caro. decē menſiū. Et ſic pȝ ⁊c̄.
❡ 25. ꝓphia hr̄ Iudic. 2° ca°. i terre irri-
gatiōe. ubi dr̄. Aſa dixit pr̄i ſuo. Da mihi
bn̄dictōeȝ. qa terrā arēteȝ dediſti mihi. da
⁊ irriguā aqs. Qui dedit ei irriguuȝ ſupi⁹
⁊ irriguū inferi⁹. ❡ Iſta Aſa ſig̃t btāȝ uir
ginē cui de⁹ dedit carnē aridā ab oī hūore
infectōis pcti originał. Un̄ Bern̄. in epla
ad canonicos Lugdunenſes. dic ſic. Ego
puto q copioſior ſanctificatōis bn̄dictio
i eā deſcenderit q̄ i aliis ſcis ab utero ſcifi
catis. q nō ſolū ipi⁹ ortū ſcificaret. ſ ⁊ uitā
ei⁹ ab oī deinceps pctō imuneȝ cōſeruaret
Petiuit aūt btā uirgo a deo patre irriguū
ſupius. ⁊ iferi⁹. i. pmanētiā v̄ginitatis. cū
aſſenſu fecūditatis. ut eēt uirgo. ⁊ mr̄. uir
go ɔplectēs xp̄i diuitatē. ⁊ mr̄ cōcipiens
xp̄i hūanitatē. Unđ Aug⁹ i q̄dā ſermone
dicit ſic. Felix mať p quā nr̄i generis repa
ta ē uita. q de celo. dei ſuſcepit ꝓlē. ⁊ mun-
do genuit libatoreȝ. ⁊ a pctis ⁊ morte ſal-
uatorē. Electa q̄ppe ē uirgo itegra. cui fe-
cūditas matris daret. ⁊ facta ē fecūda mr̄
i q̄ uirginis itegritas ſeruaret. q̄ celos in-
nouauit. mūdū purificauit. padiſū apuit.
⁊ aīas ſcōȝ ab inferis libauit. H ille. ❡ 26.
ꝓphia hr̄ Iudic. 6° ca°. in uelleris irrora-
tiōe. ubi dr̄. Factum ē ut ros i ſolo uellere
fuerit. ⁊ i omi terra ſiccitas. ⁊ rurſuȝ i ſolo
uellere fuerit ſiccitas. ⁊ ros in omi terra.
❡ Iſtud uell⁹. ſiue lana. ſig̃t btām uirgi-
nē. Unđ Petr⁹ rauēnas dic ſic. Vell⁹ cuȝ
ſit de corpe neſcit corpis paſſiones. ſic v̄gi-
nitas cū ſit i carne. uitia tn̄ carnis ignorat
Celeſtis g̃ ymber. ſ. dei fili⁹. i uirgineum
uellus placido deſcēdit illapſu. ⁊ tota dei-
tatis unda bibuloſe nr̄e carnis deſcēdebat
i uellere. donec eximio ptu. emiſſaȝ in terris
oīb⁹ pluuiā ſalutis effunderet ⁊c̄. ❡ 27.
ꝓphia hr̄ Iudic. 13°. ca°. i nazarei ɔceptōe.
ubi dr̄. Cōcipies ⁊ paries filiū. ⁊ erit naza
re⁹ dei ab infantia ſua. ⁊ ex utero matris. ⁊
ipe incipiet liberare iſrł de manu philiſti-
noȝ. ❡ Iſta mr̄ cōcipiēs nazareū. eſt btā
uirgo que ɔcepit xp̄m i nazareth. Luc. p̄
ca°. Hic autē nazare⁹ ē xp̄s. Un̄ Aug⁹ dicit
ſic. Dn̄s ac ſaluator nr̄ p ſuſcepti corporis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſacramētū.ſeptiformis ſpūs grā.ī q̄ celata
diuinitas hītauit.extinctis demonib᷒ ppl'm
ſuū de morte ꝑpetua liberauit.ruptis īferni
obicib᷒.aptoq; ſepulchro.recepto corꝑe a
morte regredit̄. h̄ ille. ¶ 28. ꝓphia h̄etur
Ruth.3° ca°. ī mercedis ītributōe.ubi dr̄
Pro eo q̄ reliq̄ris ꝑentes tuos. ⁊ terrā; ī
q̄ nata es.reddat tibi dn̄s ꝓ oꝑe tuo.⁊ ple
nā; mercedē recipias a dn̄o do iſrl' ad quē
uenisti. ⁊ ſub cui᷒ cōfugisti alas. Bn̄dicta
es a dn̄o filia. ⁊ p̄orē mīa; poſteriore ſupa
ſti. Scit.n.ois ppl's.mulierē te eē uirtu-
tis. Bn̄dict᷒ dn̄s q̄ nō ē paſſus ut deficiat
ſucceſſor familie tue. ⁊ uocet̄ nomē ei᷒ in
iſrl'. ⁊ hēas q̄ ꝯſolet̄ aīa; tuā. h̄ ibi ¶ Iſta
mulier ſic bn̄dicta.ſic remunerata a dn̄o.
cui nat᷒ ē fili᷒. ſigt̄ btām uirgine; q̄ peꝑit
xp̄m ꝛc. ¶ 29. ꝓphia h̄r̄ .1. Reg.12° ca°.in
ſalutis oꝑtētiōe.ubi dr̄. Nūc ſtate ⁊ uide-
te rē iſtā grādē quā factur᷒ ē dn̄s ī ꝯſpc̄ū
uр̄o. Inuocabo dn̄m. ⁊ dabit uoces ⁊ plu
uias. ⁊ ſcietis. ⁊ uidebit̄.qa hodie fecit do
min᷒ ſalutē ī iſrl'. Nūqd n̄ meſſis tritici ē
hodie ! ¶ Btā uirgo inuocat deū ꝓ meſſe
tritici.i.ꝓ ꝯceptiōe ſaluatoris. Ūn Greg᷒
ī ſermone dic ſic. Theſaur᷒ grā; ⁊ mīe apt᷒
ē. fontes exuberāt pietatis. Hodie ad nos
miſſus ē fili᷒ dei.cū plenitudīe grā;. Cur
rite. currite. iplete ſin᷒. h̄ ille. ¶ 30. ꝓphia
h̄r ī ps.ī ſalutis opatiōe.ubi dr̄. De᷒ aūt
rex n̄r an̄ ſecula.opatus ē ſalutē in medio
terre. ¶ Iſta terra ſigt̄ btām uirginē. Ūn
Bern̄.in ſermōe de ſpū ſc̄o dic. In medio
t̄re.ī utō uidelic; ūgis Marie.q̄ mirabili
ꝓꝑetate medium terre dr̄. Ad illā.n.ſicut
ad mediū.ſicut ad archanū dei.ſicut ad re
rū cā;.ſicut ad negociū ſeculo;. reſpiciūt.
⁊ q̄ in celo hītant.⁊ q̄ ī inferno. ⁊ q̄ nos p̄-
ceſſerunt. ⁊ nos q̄ ſum᷒. ⁊ q̄ nos ſequēt̄.⁊
nati nato;.⁊ q̄ naſcēt̄ ab illis. Illi q̄ ſūt in
celo.ut reſarciāt̄. q̄ ī inferno.ut eripiāt̄. q̄
p̄ceſſerūt ꝓphe ut fideles īueniāt̄. qui ſe-
quūt̄ ut glorificēt̄ ꝛc. ¶ 31. ꝓphia h̄r ī ps.
ī ſponſi egreſſiōe.ubi dr̄. In ſole poſuit do
min᷒ tabnaculū ſuū. ⁊ ip̄e tāq; ſpōſus ꝓce
dens de thalamo ſuo ¶ Iſte ſol ē btā uirgo
ī cui᷒ utō de᷒ pr̄ poſuit tabnaculū.i.filiu;
ſuū.⁊ ip̄e ꝓceſſit ex utero ūginis tanq; ſpō
ſus ꝯiūgens ſibi naturā hūanā uelut ſpō-
ſam. Ūnd Maxim᷒ ī ſermōe.dic ſic. O ad-
mirabil' thalam᷒.de q̄ ſpecioſus ꝓdit ſpō-
ſus.lux gētiū.ſpes fideliū.tabnaculū glo-

rie.templū celeſte. h̄ ille. ¶ 32. ꝓphia h̄r
ꝓū.ult̄.ca°. ī mulieris iq̄ſitōe.ubi dr̄. Mu
lierē fortē q̄s īueniet ! ꝓcul. ⁊ de ultimis
finib᷒ p̄ciū ei᷒. ¶ Iſta mulier fortis eſt
btā uirgo. Ūnd Bern̄.ſup miſſus ē.dic ſic
Quā do aliā Salon requirebat. q; btā; ūgi-
ne; cū dicebat. Mulierē forte; quis inue-
niet ! Nouerat q̄ppe uir ſapiens h᷒ ſex᷒ ī-
firmitatē.fragile corp᷒. lubricā mentē. ⁊
tn̄ deū legerat ꝓmiſiſſe. ⁊ ita uidebat con
gruere. ut q̄ uicerat p̄ feminā uinceret̄ per
ipſam. uehemēt̄ admirās aiebat. mulieꝛe;
fortē q̄s īueniet ! q̄d ē dicere. Si ita d̄ ma
nu femine pēdet. ⁊ n̄ra oīu; ſalus. ⁊ inocē
tie rſtauratio. ⁊ d̄ hoſte uictoria. fort' oio
necē ē ut p̄uideat̄. q̄ ad tātu; op᷒ poſſit eē
ydonea. Sed mulierē forte; q̄s īueniet !
Ac ne h̄ q̄ſiſſe uideret̄ deſpando. ꝓphetā-
do.ſubdit. ꝓcul. ⁊ de ultimis finib᷒ p̄ciu;
ei᷒. Hoc nō uile.nō puū.nō mediocre.nō
deniq; de terra.ſ; de celo. nec d̄ celo ꝓximo
t̄ris.p̄ciū h᷒ mulieris fortis.ſ; a ſūmo celo
egreſſio ei᷒. h̄ ille. Hoc p̄ciū ē ip̄e xp̄s yhs.
ut pa;. ¶ 33. ꝓphia h̄r Cāt.4° ca°.ī orti
ꝯcluſione.ubi dr̄. Ort᷒ ꝯcluſus ſoror mea
ſponſa. ort᷒ ꝯcluſus. fons ſignat᷒. ¶ Iſte
ortus ſigt̄ btām uirginē. Ūnd Bern̄ ī ſer-
mone de btā uirgine dic ſic. Ort᷒ ꝯcluſus
es tu dī genitrix. ad quē deflorādū man᷒
peccatoris nūq; introiuit. Tu ſcōru; areola
aromatū.a celeſti ꝯſita pigmētario.ūtutū
oīu; ſpecioſis florib᷒ delectabilit̄ ūnas.int̄
quos triū ī te miramur excellētia;. Hii ſūt
quo; odore ſuauiſſimo totā domū dei re-
ples.o maria uiola hūilitatis.liliū caſtita-
tis.roſa patie. ⁊ caritat̄. Merito d̄ tali areo
la flos ille ſpecioſus forma p̄ florib᷒ padiſi
egreſſus ē.ſup quē ſpūs ſcūs requieuit. h̄
ille. Eſt etiā fons grā; ꝛc. ¶ 34. ꝓphia h̄r
Cant̄.6° ca°.ī auroꝛe ꝓgreſſione.ubi dr̄.
Que ē iſta q̄ ꝓgredit̄ q̄ſi aurora ꝯſurgens
pulchra ut luna.electa ut ſol.terribilis ut
caſtrorū acies ordinata. ¶ Sup q̄ Bern̄.
ubi s.dicit ſic. Que ē iſta q̄ ꝓgredit̄ ſicut
aurora ualde rutilās. o Maria ī mūdum
ꝓgreſſa es.q̄ ueri ſolis ſplēdorē tāto ſcītā
tis iubare p̄cucurriſti.ut diē ucre ſalutis.
diē ꝓpiciatōis. diē quā fecit dn̄s.a tua cla
ritate dignū fuerit īitiari. Felix aurora.q̄
felicis diei nūcia extitiſti. Tu pulchra ut
luna diceris.eiq; nō imerito ꝯpatis. Illa
n.aſtro; oīu; ſola ſoli ſimillima. ⁊ cādore

uenuſta argēteo ceteris ī celo p̄eminet ſy-
derib᷒.tu ueri ſolis ymago expꝛſſiua.inter
milia aſtro; deo aſſiſtentiū uirgiali puri-
tate in celis glorioſa p̄fulges. Illa traſfuſo
ſolari lumine noctē illuīat.tu ūtutū a deo
tibi indita; magnificis exēplis ad imita-
tiō; tui nos ꝓuocas. Tu electa ut ſol.īmo
ut ſolis ꝯditor. Ille.n.elect᷒ ex milib᷒ ui-
ro;. tu electa ex milib᷒ femīa;. Ille elec-
tus ex oībus q̄ ſūt.tu electa ex oīb᷒ que p̄
ip̄m ſūt. Tu terribil' ut caſtro; acies ordi-
nata. An nō horruerūt p̄ncipes tenebra;
quā uidert̄ p̄t morē īſtructā oī armatura
fortiū ꝯtra ſe ꝓgredi feminā fortē. h̄ ille.
¶ 35. ꝓphia h̄et Cant̄.6° ca°.ī pulchritu
dinis laudatōe.ubi dr̄. Ūna eſt columba
mea.pfecta mea. ūna ē matris ſue electa.
Uiderūt eā filie ſyon. ⁊ btīſſimā p̄dicaue
rūt. ⁊ regine laudauerūt eā. ¶ Sup q̄ Io
hānes Damaſcen᷒. ī ſermone de aſſūptōe
btē uirginis dic ſic. O īmenſa dei benigni
tas. O diffuſior inueſtigatiōe caritas. qui
uocat ea q̄ nō ſunt.tāq; ea que ſūt. q̄ adim
plet celū ⁊ terrā. cui᷒ ſedes celu;. terra ūo
ſcabellū pedū ei᷒. fecit ſibi āncille ſue uterū
hītatōe; diffuſa;. ⁊ pfecit ī ea miſteriū oi-
bus ſeculis iauditū. De᷒.n.exiſtēs fit hō.
O uirginalis gloria. hoīe maior. Uiderūt
te filie ſyon.i.eccleſie. ⁊ btā; dixerūt regie
i.iuſto; aīe. ⁊ ī ſecula laudabūt te. h̄ ille.
¶ 36. ꝓphia h̄r Iudith.14° ca°.ī ppl'i gra
tulatiōe.ubi dr̄. Bn̄dicta es tu filia a dn̄o
deo excelſo. p̄ oīb᷒ mulierib᷒ ſup terrā. q̄
hodie nomē tuū ita magnificauit. ut non
recedat laus tua d̄ ore hoīu;. Tu glīa irlm
tu leticia iſrl'.tu honorificentia ppl'i n̄ri. qa
feciſti uirilit̄. ⁊ ꝯfortatū ē cor tuū. eo q̄ ca
ſtitatē amaueris. iō man᷒ dn̄i ꝯfortauit te
⁊ iō eris bn̄dicta ī etnu;. Bn̄dictus dn̄s q̄
creauit celū ⁊ terra;. q̄ te direxit ī uulnera
capitis p̄ncipis īimicorū n̄ro;. ¶ Sup q̄
Bern̄.dic ſic. Cui h̄ ſeruata ē uictoria niſi
Marie ! Ipſa ꝓculdubio caput contriuit
uenenatū. q̄ oīoda; maligni ſuggeſtione;
tā de carnis illecebra. q; de mentis ſupbia
deduxit ad nihilū. h̄ ille ¶ 37. ꝓphia h̄et
Yſa.7° ca°.ī ūginis ꝯceptōe.ubi dr̄. Ecce
uirgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. ⁊ uocabit̄ no-
men ei᷒ Emanuel. ¶ Sup q̄ dicit Iohes
Damaſcen᷒ ī ſermōe de natiuitate btē uir
ginis.ſic. Hodie artideat uirginitas. qm̄
nata ē uirgo quā Yſaias p̄dixit. q̄ hēbit ī

utero. ⁊ pariet filiū. ⁊ uocabit̄ nomē eius
Emanuel.i.nobiſcū de᷒. Nō hō. nō āgel᷒
ſ; ip̄e dn̄s ueniet ⁊ ſaluabit nos. Bn̄dictuſ
q̄ uenit ī noīe dn̄i. de᷒ dn̄s. ⁊ illuxit nob.
ꝛc. ¶ 38. ꝓphia h̄et Iere.32° ca°.ī uiri cir
cūdatiōe.ubi dr̄. Creauit dn̄s nouū ſuper
terrā. Femina circūdabit uiru;. ¶ Sup q̄
Bern̄.ī ſermōe ſup miſſus ē. dic ſic. Que
ē h̄ femina ! Quis iſte uir ! Nūqd nō fa-
cile ē tibi agnoſcere feminā circūdāte; ui-
rū ! cū Mariā uideas. uirū approbatum a
do yh̄;.ſuo utero circūplectēte; ! Uir erat
yhs nōdū nat᷒.ſ; ſapia. nō etate. ſī uigore
nō corpis. maturitate ſenſuū. nō corpulē-
tia mēbro;. Femīa itaq; circūdans uiru;.
uirgo ē ꝯcipiēs deū. ⁊ hoīe; ſpū ſcō plenū
h̄ ille. ¶ 39. ꝓphia h̄r Ezechiel'.44° ca°.in
porte clauſiōe.ubi dr̄. Uidi portā ī domo
dn̄i clauſa;. Et dixit dn̄s ad me. Porta h̄
clauſa erit ī eternū. ⁊ uir nō trāſibit p̄ eā.
qm̄ dn̄s de᷒ iſrl' ingreſſus ē p̄ eā. ¶ Sup q̄
btūs Aug᷒ in ſermōe dic ſic. Quid ē por-
ta in domo dn̄i clauſa. niſi q̄ Maria ſp̄ erit
ītacta ! Et q̄d ē. hō nō trāſibit p̄ ea;. niſi q̄
Ioſeph nō cogſcet eā ! Et q̄d ē. dn̄s ſolus
ingredit̄ p̄ eam. niſi q̄ ſpūs ſcūs īpregna-
uit eā. ⁊ angelo; dn̄s naſcet̄ p̄ eā ! h̄ ille.
¶ 40. ꝓphia h̄r Daniel'.2° ca°. in lapidis
abſciſiōe.ubi dr̄. Lapis abſciſus ē de mō-
te ſin̄ manib᷒. q̄ fcūs ē mōs magn᷒. ⁊ īple
uit uniuerſa; terra;. ¶ Sup q̄ Iohes Da-
maſcen᷒ ī ſermone de aſſūptōe btē uirgis
dicit ſic. Quid mōs Daniel' de q̄ abſciſus
ē lapis angularis xp̄s. ſine uiri īſtrumto !
Nōne tu ſine ſemine pariēs. ⁊ itm̄ uirgo
p̄manēs ! h̄ ille.

Quarto declarat̄ eadē ꝯclo teſtimoīo
legi hūanalis. Sciēdu; q̄ icarnatio
xp̄i ex uirgīe. fuit necīa q̄druplici. ¶ p̄ ad
nature hūane repatiōe;. Na; ruina q̄ fuit
facta p̄ angelos ī celo. ſupp̄mo angelo pec
cāte debebat repari p̄ hoīe;. cū āt hō p̄ cul
pā peccauerit originale;. debuit h̄ natura
hūana repari. Yſaie. 58° ca°. Hedificabūt
ī te deſerta ſeculo;. fūdamēta generatōis
⁊ generatiōis ſuſcitabis. ⁊ uocaberis he-
dificatō. Si.n.locaui tibi areā meā. eo pac
to ut ī ea domū hedificares. ī q̄ me r̄cipes
q̄ncūq; ad te declinarē. Tu hedificaſti. ⁊ ī
ea me recepiſti. p᷒ea incēdio. uel alio caſu
dirupta. te ꝯuenio. ut iterum rehedifices.
Querit̄ an poſſim. Ūr q̄ ſic. qa in h̄ mecū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

conuenisti. ut q̄diu locatio durarent. ibi
cōstructa eēt dom⁹ in q̄ recipes locatorē.
Ar. ff. de seruitutib⁹ uillanoꝝ. l. eū. ꝑcipue
cū ruina otigerit uitio opis. ꝛ non soli. ff.
locati ꝛ oducti. l. uld. Nā nō bn̄ hedifica-
tū uidetꝛ ostructū. qd̓ dirumptū ē. ff. de le-
gatis. l. q occubinā. Nō. n. sufficit semel re
cepisse locatorez. nisi itato ipm recipiat. q̄-
uisq; locatio durat. Ar. ff. de seruitutib⁹ ur-
banoꝝ p̄dioꝝ. l. seruitus. Et. ff. de postulā
do. l. cui. C. si seru⁹ exportand⁹ ueniat. l. i.
Ad ꝑpositū. de⁹ locauit padisū hoī. ut ibi
hedificaret domū. i. mulierez. de q̄ ipe de⁹
nasceret. ps. hic hitabo qm̄ elegi eā. s ista
dom⁹ hedificata. uirtutib⁹ ꝛ gratiis orna-
ta. p culpā ipi⁹ mulieris cecidit ꝛ corruit.
stante igit̄ locatiōe celi ad hoiez. necē fuit
ut noua dom⁹. s. noua mulier hedificaret̄
tante dignitatis. ut i ea fili⁹ dei reciperur.
Hāūt fuit btā uirgo. de q̄ ps. dicit. Funda-
menta ei⁹ i mōtib⁹ scis. ho natus ē in ea. ꝛ
ipe fundauit eā altissim⁹. Et itm. Domuz
tuā dn̄e decet scitudo. ¶ 2° ad nature hu
mane legiptimatōez. Nā iō naturā nr̄am
de⁹ assumere uoluit p sui icarnatōez. ut ge
nus hūanū legiptimāet. qa puer nat⁹ ex-
tra matrimoniū nō pōt ee apt⁹ ad heredi
tatē. nisi legiptimet p illū q hēt ptātez le-
giptimandi. uel p matrimoniū sequens.
Quia igit̄ totū gen⁹ hūanū qd̓ fuit natuz
añ nature hūane spūalē desponsatōez que
fuit fcā i incarnatōe xp̄i in thalamo ūgis.
oēs nati fuerūt inepti ad hereditatē celi.
ps. Ego seru⁹ tu⁹ ꝛ fili⁹ ancille tue. q nō ē
apt⁹ ad hereditatē filii legiptimi. Eph. 2°
ca°. Eramus natura filii ire. Ut igit̄ omēs
ex natura ire natos ꝛ p⁹ nascituros legip-
timāet. fecit int̄ se ꝛ naturā hūanā spūale
matrmoniū. ut adoptōez filioꝝ dei recipe-
mus Gal. 4° ca°. Et sic q ꝑus erāt illegipti
mi. facti sūt legiptimi. ut in Autētica. qb⁹
modis filii nāles efficiūt̄ legiptimi. collo-
ne. 6. circa ꝑncipiuz. Et Gal. 4° ca°. Itaq;
nō sum⁹ ancille filii. s libi. qua libtate do-
nauit nos xp̄s. ¶ 3° ad nature hūane libe-
ratōez. Cū. n. serpēs fraude ꝑmos pentes
nr̄os decepit. q̄ i seruitutē ei⁹ r̄dacti sum⁹
non semp uincul' ei⁹ detineri debebamus.
qm̄ dol⁹ siue calliditas alic⁹ non debet sibi
patrocinari. ut ex inde p̄miū assequat̄. ꝯn
pati debet penā. ut. ff. de dolo. l. i. ꝛ. l. ne ex
dolo suo lucret̄. Quia mēdacia nō debent

remanere īpunita. C. de accusatōib⁹. l. ac-
cusatōis ordine. ꝛ. ff. de rei uēditōe. l. ult.
Nō. n. debet qs ꝯsequi emolumētū de mē-
dacio suo. ut. ff. de natalibus restitis. l. i. Et
ff. si ex noxali cā agat̄. l. 3. §. 2°. Ergo male-
ficia serpētis nō debēt remanere ipunita.
ne impunitas delicti. iuitet alios ad mali-
gnandū. ff. ad legē aqliā. l. ita vulnerat⁹.
C. de furtis. l. siqs. i fine. Quia ūo decepē.
ꝛ nō decipiētib⁹. iura subueniūt. ut. ff. ad
uelleianū. l. 2. §. ūba. Et. ff. de i integꝝ re-
stitutiōe. §. si. Propterea cuz serpēs decepit
mulierē ornata uirtutib⁹. uirginē. incē-
tē. ꝛ fecūdā. iō ipe debet uici ꝛ supari per
btāz Mariā. plenā grā. inocentē p sifica-
tiōez in utero. uirginē ꝛ fecūdā spū scō. ut
sic natura hūana libet̄ a noxa seruitutis.
q̄ p serpētem opprimebat̄. ¶ 4° ad nature
hūane exaltatōez. Posito q onus uendat
oēs arbores nemoris sui. cuz solo. vna tm̄
arbore excepta. cū area ab eadē occupata.
q̄ scō. oib⁹ aliis arborib⁹ ab emptore pro-
stratis. de radicib⁹ arboris excepte cepit
noue arbores excrescere. ex oi pte. ꝛ omēs
radices antiq arboris. ꝛ nouaꝝ. ceperūt se
dilatare ad fortificandū illā ꝯtra uentum
ꝛ tēpestates. ꝛ sicut vndiq; se dilatabant.
sic vndiq; nouas arbores ꝑducebāt. Em-
ptor vult ꝑsternere illas. sicut fecit alias.
Querit̄ an possit. Rñdetur. q si hee noue
arbores pullulauerūt de radicib⁹ arboris
excepte postq̄; ipa fuit desiccata. omēs per
nēt ad emptorē. Si ūo arbor excepta non
fuit desiccata. emptor nihil hēbit de his q̄
nate sūt ex ea. s de aliis q̄ nō apparēt super
terrā. aut q̄ꝝ origo nō apparet. Quia que
sup terrā apparēt cēsent̄ vna. s alie neq̄q̄.
ut. ff. arboꝝ furti cesaꝝ. l. si semina. Et cuz
ex eisdē radicib⁹ ꝑdierit. remanet ipatū
idempnitas. ff. de iudicib⁹. l. ꝓpe nebant.
Ad ꝑpositū. pm⁹ parēs nr̄ uedidit omēs
hoies. Ysa. 52° ca°. gratis uenūdati estis.
excepta btā uirgie. de q̄ dr̄ Daniel. 4° ca°.
Magna arbor ꝛ fortis. ꝛ ꝓceritas ei⁹ atti-
gens celū. de cui⁹ radice ꝓcessit xp̄s. Ysa.
xi° ca°. Egredietur uirga de radice yesse. ꝛ
flos d̓ radice ei⁹ ascēdet. Ab ista radice ꝓ-
cesserūt fideles in xp̄m credētes. exaltati
sup terrā usq; ad celū. Ecc. 24° ca°. Et ra-
dicaui in ꝓplo honorificato. ꝛ i plenitudie
scōꝝ detētio mea. Et sic p3. ¶ Postq̄ ūo
Moyses declarauit ꝯcōnez p̄dictā. ait aie

deuote. Que ego noui fidelit̄ te docui. Sz
ecce hic ē scūs Thomas d̓ Aquino doctor
noui testamēti. q ꝓfert sermones rectissi-
mos. ꝛ oī ueritate plenos. Ad quē astāte
Moyse accessit aīa deuota. pro sue ꝯcōnis
clariori noticia. Cui scūs Thōas ait. Ego
oñdā tibi ꝯcōnē tuā eē ueram testimoio
legis q̄druplicis. s.
Legi Euāgelice.
Legi Apostolice.
Legi Canonice.
Legi Ecclastice.
¶ Euāgelice. Sciēdū
q xp̄s illā ꝓbauit
testi° quadruplici.
p̄ testimoio Math
p̄ ca°. dic. Cum eēt
desposata mat̄ yhu
PRimo testi-
monio legi-
Maria Joseph anteq̄; ꝯuenirēt iuenta ē i
utero hn̄s de spū scō. Qd̓. n. i ea natū ē. d̓
spū scō est. Hoc aūt totū fcm̄ ē. ut adiple-
ret̄ qd̓ dictū ē a dn̄o p ꝓphaz dicētez. Ec-
ce ūgo i uto hebit ꝛ pariet filiū. ꝛ uocabit̄
nom̄ ei⁹ Emanuel. qd̓ ē intptatū. nobcū
deus. Hibi. Sup q̄ Johes Damascen⁹. in
sermone de natiuitate btē uirginis. dic sic
Hodie fili⁹ fabri. q fabricat⁹ ē autorā ꝛ so
lem. uerbum patris p qd̓ oīa fcā sūt. forte
brachiū altissimi dei. digito suo. s. spū scō
naturā nr̄am iā hebetē sue diuinitati copu-
lauit. O mirabile misteriū. O ūgo deo gra
tissima. templū dei. sacrariū spūs sci. tricli
niū trinitatis. qd̓ spūal' Salon ꝑnceps pa
cis ꝯstruens ihitauit. ¶ 2° testi° Mat. p̄
ca°. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē
tuā. q p̄pabit uiā tuā añ te. Sup q̄ Aug⁹. i
sermone dic sic. Eraz inqt Maria i domo
mea puella iudea. ex semie regis Dauid
generata. Adulta facta sū. ꝛ desposata diu
gi. ꝛ placui alteri. nō interueniēte adultio.
s interedēte spū scō. Desposata sū hoi iudo
ꝛ placui hoi deo. Desposauit me uir iude⁹
adamauit me xp̄us de⁹. Igrauit qdē Jo-
seph sponsus me⁹. q me adamasset deus
me⁹. ꝛ putauit q adultrio ipregnatus eēt
uent̄ me⁹. Nāq; ignorante Joseph sponso
meo. ueit ad me qdā magn⁹ xp̄i paniph⁹
nō patriarcha pm⁹. aut ꝓpha egregi⁹. sed
Gabrel archāgel⁹. facie rutilās. ueste cor-
ruscans. icessu mirabilis. aspectu terribil'.
uisitauit me. ꝛ pillauit. salutauit. dixitq;
mihi. Aue grā plena dn̄s tecū. Hille. ¶ 3°
testi° Jo. his 5° ca°. Angel⁹ dn̄i d̓scēdebat
i piscinā. ꝛ mouebat̄ aqua. Et q ꝑor desce
debat i piscinā. p⁹ motionē aque. san⁹ fie-
bat a q̄cūq; detinebat̄ ifirmitate. hec ibi.

Sup q̄ Johes Damascen⁹. i sermōe de na
tiuitate btē uirginis. dic sic. Gaude ꝓbati
ca piscina btissima uirgo Maria. q̄ non ut
quondā semel i anno recipiebas angeluz
dn̄i mouentē aquā. aut vnū sanantē. ꝛ ab
infirmitate q̄ detinebat̄ libantē. s mltitu-
dinē uirtutū celestiū hn̄s. nobcū te collau
dātiū. Tu miraculoꝝ pelag⁹. tu fons sani-
tatis toti⁹ orbis. tu nō ministꝝ angelū su-
scipis. s ipm magni ꝯsilii angelū. q nō de-
scēdit cū aliquo strepitu. s tanq̄; benigni-
tatis pluuia i uellus. oēz naturā languidā
ꝛ ad corruptōez ꝓcliuez ad salutē ꝛ ad ui-
tam erigit. Hille. ¶ 4° testi° Luc. p̄ ca°.
Bn̄dicta tu int̄ mulieres. ꝛ bn̄dict⁹ fruct⁹
uentris tui. Et vnd̓ h mihi ut ueniat mat̄
dn̄i mei ad me? Et btā q̄ credidisti. qm̄
pficient̄ in te q̄ dicta sūt tibi a dn̄o. Hibi.
Sup q̄ btūs Aug⁹ li° de bono uirginitatis
dic sic. Beatior fuit Maria pcipiendo fidē
xp̄i. q̄ ꝯcipiēdo carnē xp̄i. Nā matna ꝓ-
piqtas nihil Marie ꝓfuisset. nisi felici⁹ xp̄z
corde q̄ carne gestasset. Hille. ut p3 i euā-
gelio hodierno. In quo remouēt. 4o. mo
di diffamandi aliquā uirginē. qbus non
potuit sugillari btā uirgo. ut3 singillatim.
¶ p̄ exigendo. Cū. n. puella exigit a pa-
rentib⁹ nubere. signuz lubricitatis ē i ea.
q̄ ūginitatē nolit seruare. Nō. n. ipa p̄ ꝯ-
uirū i ꝯiugē exigere. sed nūciū ipaz exigē
tē expectare. Btā uirgo nūq̄; uirū exegit.
q̄ uirginitatē suā deo deuouit. s p nūcium
a deo missum reqsita ē. iō in euāgelio dr̄.
Missus. Unde Amb° li° d̓ uirginitate dic
sic. Custodi uirgo uias tuas. ut nō deliq̄s
i ligua tua. qa ꝛ bona loqui. plerūq; crimē
ē uirgini. Claudat ora uirginis pudor. de
bilitatē excludat religio. istituat naturaz
ꝯsuetudo. Hille. ¶ 2° ꝯuersando. Cuz. n.
puella uagat̄ extra domū prn̄ā. sicut fecit
Dyana filia Jacob. signū ē lasciuie ꝛ uani
tatis i ea. Btā ūirgo domi secreta pmāsit.
iō in euāgelio dr̄. ē. Und̓ Amb° ubi s̄. dic
sic. ¶ Uirgo que xp̄m reqrit. nō debet esse
vulgaris. nō i foro. nō i plateis. nō debet
eē uoce querula. gressu lubrica. auditu fa-
cilis. uilis aspectu. Discite uirgines exem
plo Marie nō circūcursitare alienas edes.
nō demorari i plateis. nō aliq̄s i publico
miscere sermones. Frequenti⁹ i publico
uideri displiceat. quā aliena dom⁹ nō alli
ciat. Hille. ¶ 3° colloquēdo. Cuz. n. puella

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

ſola cū ſolo iuuene colloqͥ̄.ſignū ē petulā
tie cārnalis. Nō.n.caſta iudicat mēte.que
laſciuos libēt audit ſermões.Vnd Jero⁹ ī
epl̄a dicit ſic. Sit ī te moꝝ grauitas.hone-
ſtas admirabilis.ſtupēda uerecūdia.mi-
ra patia.uirginal' īceſſus.⁊ uere pudicitie
hitus.ſermo modeſt⁹.ſuo tpe ꝓferēd⁹.h
ille. Btā uirgo nō cū hoīe ſ; cū āgelo loqͥ̄
iō in euangelio dr̄.angel⁹. Vnde Jero⁹ ī
ſermone de aſſūptiōe btē uirginis.dic ſic.
Bn̄ angelus ad uirginē mittitur.qa ſp eſt
angel' cognata uirginitas. Profecto ī car-
ne p̄t carnē uiuere.nō terrena uita ē.ſ; ce-
leſtis. Vn̄ ī carne angelicā gloriā acqrere
maioris ē meriti.q̄; hēre. Eſſe.n.angeluꝫ
felicitat' ē.eē ѷo ѷginē ѷtutis dei.Hoc op-
tinere uirib; nitamur cū gr̄a.qd angelus
hēt ex natura. Vtrūq;.n.⁊ eē ѷginē.⁊ an
gelū.diui muneris ē officiū.nō hūanū.h
ille. Et Beda ī omel'.hodierna dic ſic. Ap-
tū ꝓfecto hūane reſtauratōis p̄ncipium.
ut angelus a deo mitteret' ad uirgineꝫ ptu
dicādā diuino.quia p̄ma pditiōis hūane
fuit cā cum ſerpēs a dyabolo mittebat ad
mulierē ſpū ſupbie decipiendā.imo ipē ī
ſerpente dyabol⁹ ueniebat.q gen⁹ hūanū
decepis pentib⁹ p̄mis.imortalitatis glo
ria nudaret. Quia ḡ mors īrauit p femi-
nā.apte redīt ⁊ uita p feminā. Illa a dya
bolo ſeducta p ſerpentē.uiro guſtū necis
obtulit.h a deo edocta p angelū.mūdo ſa
lutis autorē edidit.h ille. ❡ 4° mittendo
Cū.n.nūci⁹ deſpect⁹ ⁊ minim⁹ ad puellaꝫ
mittit.⁊ illa ad uerba nūcii facile īclinat'.
ſignuꝫ ē laſciuie carnalis ī ea. Vnd Amb°
ſup Luc.dicit ſic. Virginū eſt ad oēs uiri
ingreſſus pauere.omēs uiri affat⁹ uereri.
Diſce uirgo uerboꝝ uitare laſciuiā.h ille.
Btā uirgo nō cū īfimi ordinis angelo lo
quit'.ſ; cū ſuppmo ī ordine archāgeloꝝ.
iō ī euangelio dr̄. Gabriel. Vn̄ Dio⁹. ❡.
ca°.celeſtis Jerar.dic ſic. Diuinū benigni
tatis yhu miſteriū angeli p̄mū fūt edocti
⁊ p ipos cognitōis gr̄a ī nos trāſiuit. Sic
ḡ diuiſſim⁹ Gabriel. Zachariā quidē do-
cebat ꝓphāꝫ ex ipo futuꝝ. Mariā āt quō
ī ipa fieret thearticū īeffabil' di formatōis
miſteriū.h ille. Et Greg⁹ ī omel'.dic. Sū-
mū āgelū uenire dignū fuit.q ſūmū diuꝫ
nūciabat. Et Beda ī omel' hodierna dic ſic
Rato legim⁹.q apparētes hoīb⁹ angeli de
ſignent' ex noīe. Veꝝ que ticſcūq; fit.ido

utiq; fit.ut etiā noīe ipo qd miniſtraturi
ueniāt.inſinuēt. Gabriel nāq; fortitudo
dei dr̄. Et merito tali noīe p̄fulget.q naſci
turo in carne deo teſtimoniū phibet.de q̄
ꝓpha in ps. Dn̄s inqͭ fortis ⁊ potēs dn̄s
potens ī plio. Illo nimiꝝ ī plio ī q̄ ptātes
aereas debellaret.⁊ ab eaꝝ tyrāpnide mū
dū ueniebat eripe.h ille. ❡ 5° aſſentiēdo
Cuꝫ.n.puella facile audit dba mittēt' cui⁹
dignitatē.mores.⁊ uitaꝫ nūq̄; nouit.imo
potī⁹ pōt p̄ſumē illi⁹ inhoneſtatē.ſignū ē
laſciuie carnal' ī ea. Vn̄ Amb° li° 2°.d uir-
ginitate dic ſic. Puella quedā nobilis.ait
pentib⁹. Quid agitis uos ꝓpinq ! Quid
exqrēdis adhuc nuptiis.ſollicitatis aiꝫ !
Jā dudū ꝓuiſas hēo. Spōſuꝫ offertis.me
lioꝛeꝫ reppi. Qualib; exagitate diuitias.
nobilitateꝫ iactate.potentiaꝫ p̄dicate. Ha-
beo.n.cui nemo ſe opet.diuitem mūdo.
potentē ipio.nobilē celo. Si talē hētis nō
refuto optōeꝫ. Si nō repitis.nō ꝓuidetis
mihi pentes.ſ; inuidetis.h ille. Btā uirgo
angelū benigne audit.ſ; mittētis excellē-
tiā expaueſcit. Vnd Bern.ſup miſſus eſt.
dicit. Nimiꝝ ѷgo regis gēmis ornata uir
tutū.geminoq; mentis p̄t ⁊ corpis decore
p̄fulgida.ſpē ſua.⁊ pulchritudine ſua.ī ce
leſtib⁹ cognita.celi ciuiū in ſe ꝓuocauit aſ
pectus.ut regis aiuꝫ in ſui ↄcupiaꝫ iclina-
ret.⁊ celeſtē nūciū ad ſe de ſupis educeꝫ.
⁊ h ē qd nobis euāgeliſta ↄmendat.cum
angelū phibet a deo deſtinatū ad uirginē
A deo inqͭ ad uirginē.s.a celſo ad hūilē.
a dn̄o ad ancillā.a creatore ad creaturaꝫ.
Quāta dignatio dei.quāta excellētia uir-
ginis. Initat nāq; tp̄s.q̄ iā tollat' obpro-
briuꝫ.nec hēat uir qd cauſet' aduerſus fe-
minā.h ille. ❡ 6° cohitando.Cū.n.puel-
la hitauerit ī locis ſuſpectis.ſiue publicis
ſiue p̄uatis.ſignū ē laſciuiētis carnalitat'.
Vnd Jero⁹ ī epl̄a dicit. Si tibi d p̄rogati-
ua uirginitatis blādiris.memēto Adāꝫ ⁊
Euā uirgines deliqſſe.nō integritate cor-
poris.peccantib⁹ ꝓfuiſſe.h ille. Si iſti ī pa
diſo loco ſcīſſimo peccauerūt.qd faciet pu
ella ī loco ſuſpecto ! Btā uirgo a 3° etatis
ſue anno ↄtinue fuit ī tēplo diuinis uacans
obſequiis.14° aūt āno nupſit diuit⁹ Jo-
ſeph.q nō hitauit ī loco īfami.ſ; ī loco ho
neſto.iō dr̄ in euāgelio.ī ciuitatē galilee.
Vn̄ Amb° li° d uirginitate dic. Attēde ti-
bi uirgo.ut tantū īſiſtas orōi.⁊ cult⁹ tu⁹

aſſidua paueſcat obſecratōe.⁊ añ orōnem
prepa aiaꝫ tuā.ut nō uideāis tēptare deuꝫ
cum depcaris.ut id qd oras.mores tui lo-
quāt'.fides adiuuet.opa ↄmendēt.h ille.
❡ 7° p̄ſumendo.Cū.n.puella nimis de ſe
p̄ſumit.qͥ alias ↄſodales faſtidiēs.ſignū
ē leuitatis mētis.⁊ ꝓnitatis ad malū. Vn̄
Amb° li° 2°.d ѷginitate.dic ſic. Virgo ſcā
nihil debet hēre toruū ī ocul'.nihil ī ѷbis
ꝓcax.nihil ī actu uerecūdū. Nō geſt⁹ fra
ctior.nō inceſſus diſſolutior.nō uox petu
lantiō.ut ipa corpis ſpēs ſimulacꝝ ſit mēd
⁊ figura ꝓbitatis.h ille. Btā uirgo nunq̄;
de ſua pulchritudie ſupbiuit.nec aliā mu
lieꝝ ↄtempſit.ſ; uirtutib⁹ itenta floridam
etatē ſuā p hūilitatē fecit.iō in euangelio
dr̄.Cui nomē Nazareth. Vn̄ Bern.ſuper
miſſus ē.dic ſic. In Nazareth nūciat' xp̄s
naſcitur⁹.qa ī flore ſpatur fruct⁹ ꝓceſſur⁹
Bon⁹ itaq; fruct⁹ xp̄s ē.q manet ī eternū.
Flos ſuauiſſim⁹ uirgo ē.ꝛc. ❡ 8° ↄuiuen-
do. Cū.n.puella ē vinolenta.aut ↄmēſa-
trix.ſignū ē īpudicitie.⁊ lubricitatis. Vn̄
Criſo⁹ ſup Math.dic ſic. Oīs mulier que
uinolenta ē ⁊ ↄmēſatrix.meretrix ē. Btā
uirgo ab īfantia deū timēs.cibo celeſti ab
angelo ſibi delato ueſcebat'.nec uſq; ad.14
etatis ſue annū.cibū ab hoīe allatū ſūpſit
ne uirginitatē ſuā uiri aſpcū coīnqnaret.
iō ī euāgelio dr̄. Ad uirginē. Vnd Criſo⁹
ubi s.dicit ſic. Cōmēſatrix aut vinolenta
nūq; fuit Maria.nō leuis.nō iocoſa.non
ꝓcūctatrix.nō turpiū uerborū amatrix.ſi
cut ſolēt plerūq; puelle.q libēter talia aut
loqͥ̄t.aut audiūt.nō ſup uiꝝ oculos ſuos
extulit.aut īfixit aſpectū.h ille. Et Bern.
ſup miſſus ē.dic ſic. Iſta ѷgo uniq; ſcā.uir
go ſobria.uirgo deuota. Nūqd tu caſtior
illa ! Nūqd tu deuotior ! Nūqd tu forte
pudicitia gratior caſtitate Marie ! Expe-
dit tibi uirginē nō eē.q̄; de uirginitate īſo
leſcere.h ille. ❡ 9° laſciuiēdo. Cū.n.puel-
la repit' p̄gnans ſine uiri noīe cui ſit deſpō
ſata.ſignuꝫ ē laſciue carnalitat'. Deut° 22°
ca°. Si nō ē ī puella īuēta ѷgītas.eiciēt eaꝫ
extra fores do⁹ p̄ris ſui.⁊ lapidib⁹ obruēt
eā uiri ciuitatis ei⁹.⁊ morieť.qm̄ fecit ne-
phas ī iſt'.ut fornicaret' in domo pat̄ris ſui
h ibi. Btā uirgo p̄us fuit dſpōſata uiro.q̄;
ↄceptu plena.iō in euāgelio dr̄.deſpōſatā
uiro. Amb° ſup Luc.dic ſic. Maluit dn̄s
aliq̄s de ſuo ortu.q̄; de matris pudore du

bitare. Sciebat.n.tenerā uirginis uerecū-
diā.⁊ lubricā famā pudoris.nec putauit
orr⁹ ſui fidē.matris aſtruendam iniuriis.
Seruat' itaq; ſcē Marie ſicut pudore iteg.
ita iuiolabilis opīone uirginitas.hec ille.
Quare aūt fuerit deſponſata ❡ Jero⁹ ſuper
Math.dicit ſic. Quare nō de ſimplici.ſ; de
dſpōſata ѷgine xp̄s ↄcipit'. p̄ ut p genera
tioꝫ Joſeph origo Marie mſtraretur. 2° ne
lapidaret' a iudeis ut adultā. 3° ut ī egyp
tu fugiēs hēret mariti ſolatiū. 4° ut ptus
celaret dyabolo.dū eū putat nō de uirgie.
ſ; de uxore generatū.h ille.ꝛc. ❡ x° repu-
diando.Cū.n.puella anq̄; ducat.uelut p̄-
gnans ex alio.a ſpōſo ſuo repudiat'.ſignū
e adulťii iā p ipaꝫ ppetrati. Deut° 22° ca°.
Si puellā uirginē deſpōderit uir.⁊ iuene-
rit eā aliqs in ciuitate.⁊ ↄcubuerit cū illa.
educes utrūq; ad portā ciuitatis illi⁹.⁊ la-
pidib; obruent'. Puella qa non clamauit
cuꝫ eēt ī ciuitate.uir qa hūiliauit uxorē ꝓ-
ximi ſui.⁊ auferes maluꝫ de medio tui.h
ibi. Btā ѷgo iā p̄gnās anq̄; duceret'.defen
ſata fuit p iuſticiā Joſeph.iō ī euangelio
dr̄.cui nomē erat Joſeph. Qui potius uo
luit ipaꝫ dimittē.q̄; leuit' diffamāe. Math
p̄ ca° ❡ Joſeph aūt cū eēt uir iuſt⁹.⁊ nollet
eā traducere.i.ī publicū diffamāe.uoluit
occulte dimittere eaꝫ. Sꝫ ſi fuiſſet ſic domi
dimiſſa.tūc īfamia ꝓdiſſet ī publicuꝫ.qa
oēs fuiſſent mirati.q̄ ñ ducet' a uiro. Cui
a dn̄o ꝓuiſū ē p angelū ↄceptū ѷginis de-
clarantē.atq; dicēteꝫ. Joſeph noli timere
accipe Mariā ↄiugē tuā. Qd.n.ī ea natuꝫ
ē.d ſpū ſcō ē. Math.p̄ ca°. Et ſic duxit eā.
❡ xi° ↄmiſcendo.Cū.n.puella vult nube
re iuxta bn̄placitū ſui.⁊ nō ad uolūtatem
patris ſui.aut matris ſue.ſignuꝫ ē lubrici-
tatis carnalis. Vn̄ Nūeri ult'.ca°.dr̄. Oēs
uiri ducent uxores de tribu ⁊ cognatione
ſua.⁊ cūcte femine maritos de eadeꝫ tribu
accipiēt.ut hereditas pmaneat ī familiis.
nec ſibi miſceāť trib⁹.ſ; ita maneāt ut a do
mio ſepate fūt.hec ibi. Btā Maria nupſit
Joſeph d cui⁹ tribu erat.iō ī euāgelio dr̄.
de domo Dauid. Vn̄ Bern.ſup miſſus ē.
dicit ſic. Vere.n.de domo Dauid.uere de
regia ſtirpe deſcēdit uir iſte Joſeph.nobil'
genere.mēte nobilior. Plane fili⁹ Dauid
nō dgenerās a patre ſuo Dauid. Prorſus
iq̄; fili⁹ Dauid.nō tn̄ carne.ſ; fide.ſ; ſcītate
ſ; deuotōe.quē tanq̄; alterum Dauid dn̄s

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

īuenit ſcd'm coꝛ ſuū. cui tute ɔmitteret ſe-
cretiſſimū ac ſciſſimū ſui cōdis archanū.
cui tanq̄ alti Dauid. īcerta ⁊ occulta ſapiē
ſue manifeſtauit. ⁊ dedit illi nō ignarā eē
miſterii qđ nemo ꝑncipū hꝰ ſeculi agno-
uit. Nō ſolū aūt Joſeph. ſ ⁊ Maria deſcē-
diſſe credēda ē đ domo Dauid. alioqn nō
fuiſſet deſpōſata uiro de domo Dauid. ſi
nō eſſet ⁊ ipa de domo Dauid. Ambo igit
erāt de domo Dauid. ſ ī altera ɔpleta ē ue
ritas quā iurauit dn̄s Dauid. De fructu
uētris tui ponā ſup ſedē tuā. altero tn̄ cō-
ſilio ⁊ teſte adiplete ꝓmiſſiōis. H ille. Ecce
de coꝛ utriuſq; in ueritate agnita. ¶ 12° le-
dēdo. Cū. n. puella ledit aut ſcādaliʒat ali-
que; uerbis. uel fcīs. ſignū ē laſciue carna-
litatis. Vnđ btūs Augꝰ liº de uirginitate.
dic ſic. Dn̄ica ꝟgo. nec oꝛnatu capitis. nec
hitu come. nec oculis erectis aut letis. ſed
crinibꝰ ad terrā cū uultu demiſſo ꝓcedat.
ne in ſe uiles īducat amoꝛes. ⁊ ſi nō peat:
aliis cā ꝑditiōis exiſtat. Dn̄ica uirgo ſer-
mone garrula. aut loquacitate uerboſa. uł
curioſitate ſupflua. caſta nō pōt iudicari.
imo ꝓſtituta. ⁊ ad luxuriā magis accēdi.
H ille. Btā uirgo nūq̄ aliquē leſit. nec ſcā-
daliʒauit. Vn̄ Ambˢ liº 2º đ ꝟginitate. dic
ſic. Quid nobilꝰ dei mr̄e? qđ ſplēdidius
ea quā ſplēdoꝛ elegit etnus? qđ caſtꝰ ea
q̄ coꝛpꝰ ſine ɔtagiōe coꝛpis generauit. Et
ut de ceteris uirtutibꝰ eiꝰ taceā. uirgo erat
nō ſolū coꝛpe. ſ etiā mente. Coꝛde hūilis
ꝟbis grauis. aīo prudēs. loquēdi parcioꝛ. le-
gendi ſtudioſioꝛ. nō ī incerto diuitiarū. ſ
ī pce paupꝝ ſpē reponēs. itenta opi. uere
cūda ſermone. Nouerat arbitrū mentis.
nō hoīeʒ ſ deū querere. nullū ledere. oibꝰ
bn̄ uelle. maioꝛibꝰ aſſurgere. eq̄libꝰ nō ī-
uidere. iactantiā fugere. rōeʒ ſeq̄. uirtuteʒ
amare. Qn̄ iſta faſtidiuit hūileʒ? qn̄ riſit
debilē? qn̄ uitauit iopē? Talē hāc euāge
liſta mōſtrauit. cū ait. Et nomē uirginis.
Maria. q̄ digna fuit ex qua dei filꝰ naſcēt.
H ille. ¶ 13° diſcurrēdo. Cū. n. puella diſ-
currit p uicos. p plateas ciuitat. p domos
alioꝛū. ſignū ē laſciue carnalitatis. ꝓu. 7°
caº. Ecce mulier occurrit iuuēi oꝛnatu me
retricio. pꝛepata ad capiēdas aīas. garru-
la. ⁊ uaga. ⁊ q̄et ipatiēs. nec ualēs ī domo
ɔſiſtere pedibꝰ ſuis. nūc foꝛis. nūc in pla-
teis. nūc iuxta angulos inſidiās. Et Augꝰ
liº de uirginitate. dicit. Dn̄ica ꝟgo ꝓmiꝰ

publicos debet uitare ɔſpectꝰ. ⁊ platearū
frequētiā deuitare. atq; ī domo poſita. opi
lanifico inſiſtere. uel lectiōi diue. Ab omi
uerecūdo ſermone uel riſu debet ſe pniꝰ
abſtinere. ⁊ cū ſilentio ⁊ diſciplina. omē
uitā ſuā oꝛnare. H ille. Btā ꝟgo nō diſcur-
rebat p alienas edes. ſ domi ſe occultabat
Vnđ ī euangelio dr̄. Et igreſſus angelus
ad eā. Sup q̄ Bern̄. dicit ſic. Quo igreſſus
ad eā? puto ī ſecretariū pudici cubiculi.
ubi illa clauſo ſup ſe hoſtio. oꝛabat patreʒ
ſuū ī abſcōdito. Suſpicandū ḡ nō ē. q ap-
tū inuenerit angelꝰ hoſtiolū uirginis. cui
nimiꝝ ī ꝓpoſito erat hoīuʒ fugere freque-
tias. uitare colloq̄a. uel ne oꝛātis pturba-
ret ſilentiū. uel ɔtinētis caſtitas tēptaret.
Clauſerat itaq; illa hoꝛa ſuū ſup ſe cubicu
lū. prudētiſſima uirgo. ſ hoibꝰ. nō angeł.
ſicq; igredi potuit ad eā angelꝰ. ſ nulli ho-
minū facilis patebat acceſſus. H ille. ¶ 14°
cogēdo. Cū. n. puella ui rapit. ſine ɔſenſu
ſuo. efficit īfamis. ut nullus uelit eā ducē.
Vn̄ Deutº 22º caº. dr̄. Si repperit uir puel
lam ī agro. q̄ ſpōſata ē. ⁊ ui appꝛehēdes cō
cubuerit cū illa. ipe moꝛiet. qm̄ ſicut latro
ɔſurgit ɔtra fratrē ſuū. ⁊ occidit eū ⁊ aiā
eiꝰ. ita puella oppꝛeſſa ē. H ibi. Btā uirgo nō
uim patit ab angelo. ſ deuotiſſime ſalutat
cū dic. Aue. ut hēt in euāgelio. Licʒ. n. ipa
hēret expꝛeſſam fidē īcarnatiōis future. tn̄
ob hūilitateʒ nō alta de ſe ſapiebat. iō ſup
h erat inſtruenda. ut ſeruaret ɔgruꝰ oꝛdo
ɔiūctiōis filii dei ad uirginē. ſ. ut mēs eiꝰ
ꝑus đ ipſo inſtrueret. q̄ carne ipm̄ ɔciperet.
ꝓpterea reddit eā angelꝰ attētā cū ſalutat.
dicēs. Aue. Vn̄ Criſoꝰ ī ſermone dicit ſic
Hec ſalutatio ī ſacratio trinitatis nata eſt.
digito dī ſcripta ē. ⁊ cū ī ɔſiſtoꝛio celeſtis
palacii a neratōe maieſtatis ſūpſiſſet oꝛi-
ginē. xnī de foꝛtiſſimis palacii celeſtis. ad
deferēdū ē delegata. Gabriel nāq; dei foꝛ-
titudo intꝑtat. Mittit itaq; Gabriel āgelꝰ
⁊ egredit de rege ad reginā. de impatoꝛe
ad ipatricē. de ciuibꝰ celi ad dn̄ā palatii.
Ingredit ad uirginē regi p̄electā. ⁊ cofoꝛ
te alacriꝰ. ut cū angeli pus regē hēret. ha-
bituri eēnt ⁊ reginā. ut ad ſupplendos nu
meros āgelici oꝛdinis. etiā peccatoꝛes poſ
ſent ingredi. ⁊ mat mr̄e regina angeloꝝ.
poꝛta fieret celi. Ingreſſus ḡ angelꝰ ingt.
Aue. H ille. ¶ 15° edicēdo. Cū. n. puella pꝰ
requiſitū ɔſenſum matrimonii a lēno ⁊

prudenti uiro. pꝰmodū reuocat ꝓpoſituʒ
ſuū. nō ɔſentiēs ī eā. ſignuʒ ē ihoneſtatis
ꝑpetrate ab ipa. Vnđ Deutº 23º caº. dr̄ ſic.
Si accepit hō uxoꝛē ⁊ hūerit eā. ⁊ nō inue-
nerit grām an̄ oculos eiꝰ. ꝓpt aliq̄ fedita-
tē. ſcribet libellū repudii. ⁊ dabit ī manu
illiꝰ. ⁊ emittet eaʒ de domo ſua. H ibi. Btā
uirgo a patre etno ſemp dilecta fuit. iō in
euangelio dr̄. Gr̄a plena. Sup q̄ Jeroꝰ in
ſermōe de aſſūptōe. dic ſic. Talibꝰ nāq; de
cebat ꝟginē oppignerari muneribꝰ. ut eēt
gr̄a plena. q̄ dedit celis gl'iā. t'ris deuʒ. pa-
cēq; refudit gētibꝰ. finē uitiis. uite oꝛdinē
moꝛibꝰ diſciplinā. Ceteris ꝟginibꝰ ꝑ partes
p̄ſtat gr̄a. Marie ꝟo ſe totā īfudit gr̄e ple
nitudo. q̄ fuit in xp̄o. q̄q̄ alit ⁊ alit. qa in
xp̄o fuit plenitudo gr̄e tāq̄ ī hoīe ꝑſona-
lit diffinito. ī Maria ꝟo ut ī tēplo ſingula
rit ɔſecrato. In xp̄o fuit plenitudo gr̄e. ſi-
cut ī capite īfluente. ī Maria ꝟo ſicut ī col
lo trāſfūdēte. H ille. p ipaʒ gr̄a emanauit.
¶ 16° ſepando. Cū. n. puella ſepat a uiro
ſuo p diuoꝛtiū. ne ſil cohitent. ſignū ē ꝑ-
petrate culpe p ipaʒ. Vn̄. 33. q. 3. caº. Quos
deꝰ ɔiūxit hō nō ſepet. q̄tis. q̄uo. ſubaudi.
uiolent. ſine lege. abſq; rōne. quos deꝰ cō
iūxit hō nō ſepet. Nō. n. ſepat q̄s pena dā
pnat. q̄s reatus accuſat. q̄s maleficiū coar
tat. H ibi. Btā ꝟgo nullā talē cauſā diuoꝛ-
tii aut ſepatōis a uiro ſuo hūit. ut pote cuʒ
q̄ erat dn̄s. iō ī euāgelio dr̄. dn̄s tecū. Vn̄
Bern̄. ſup miſſus ē. dic ſic. Quis dn̄s ſit cū
oibꝰ ſcīs. ſpālit tn̄ cū Maria. cū q̄ utiq; tā-
ta ɔſenſio fuit. ut eiꝰ nō ſolū uolūtatē. ſed
etiā carnē ſibi ɔiūgeret. ac de ſua uirgīſq;
ſub̄a. xnū xp̄m efficeret. uel potiꝰ xnꝰ xp̄s
fieret. q ⁊ ſi nec totꝰ de deo. nec totꝰ de uir-
gine. totꝰ tn̄ dei. ⁊ totꝰ uirgīs eēt. nec duo
filii. ſ unꝰ utriuſq; filꝰ. Ait itaq;. dn̄s tecū
Pat inquā tecū. q ſuū filiū facit ⁊ tuū. Fi-
lius tecū. q ad ɔdendū ī te mirabile ſacra
mentū. miro mō ⁊ ſibi reſerat genitale ſe
cretū. ⁊ tibi ſeruat uirginale ſignaculum.
Spūs ſcīs tecū. q cū patre ⁊ filio tuū ſcīfi
cat uterū. H ille. ¶ 17° puando. Cū. n. pu-
ella p ſterilitatē puat ꝓle n̄ diligit a uiro
ſuo. ⁊ h ꝑcipue tpe legis antiq̄: qn̄ patres
imitabant illā bn̄dictiōeʒ dīnā. Creſcite
⁊ mltiplicamini. Gen̄. 2º caº. iō dr̄ Exodi
23º caº. Nō erit infecūda. nec ſterilis ī ira
tua. Btā uirgo nō hūit maledictiōeʒ ſteri-
litatis. iō ī euangelio dr̄. bn̄dicta tu ī mu-

lieribꝰ. Diuina. n. bn̄dictio dedit mulieri
uirtutē multiplicādi. que uirtus maxime
fuit in btā uirgine. p quā genuit nō ſoluʒ
hoīeʒ. ſ deū ⁊ hoīem. nō ī pctō. ſ ſine pctō.
nō cū grauitatis penalitate. ſ cū ſuauitate
Vnde Bern̄ ſup miſſus ē. dicit ſic. O ꝟgo
bn̄dicta. cōcipies qdeʒ. ſ ſine pctō. ḡuida
eris. ſ nō ḡuata. paries. ſ non cū triſticia.
Neſcies uiꝝ. ⁊ paries filiū. Qualē filiū?
Illiꝰ filii eris mat: cuiꝰ deꝰ ē pat. Filꝰ pr̄-
ne claritat. erit coꝛona tue caſtitatis. ſapiā
pr̄ni coꝛdis. erit fructꝰ uirginał uteri. deū
deniq; paries. ⁊ de deo ɔcipies. Confoꝛtāe
igit ꝟgo fecūda. caſta puerpa. mr̄ itacta.
qa nō eris ī iſrł maledcā. neq; int ſteriles
deputata. ſ ī terris ab angelo bn̄dicta. ⁊ a
cūctis generatōibꝰ. H ille. ¶ 18° deſpiciē-
do. Cū. n. puella reqſita a magno ⁊ poten
ti viro in ɔiugē. illo deſpecto viliorē aſſu-
mit. ſignuʒ ē laſciue carnalitatis. Sicut de
puella reqſita a ſacerdote. Leuit. 21° caº.
dr̄. Virginē ducet uxoꝛē. viduā. repudia-
tā. ⁊ ſoꝛdidā. atq; meretricē. nō accipiet.
ſ puellā de ꝑplo ſuo. nec ɔmiſceat ſtirpem
generis ſui. vulgo gentis ſue. qa ego dn̄s
q ſcīfico eū. H ibi. Btā uirgo electa a dn̄o
ī ſponſā; ut eēt mat filii ſui yh̄u xp̄i. nō re
cuſauit. ſ benigne cōſenſit. iō ī euangelio
dr̄. Que cū audiſſet. Vnđ Bern̄. ubi s. dic
ſic. Bn̄dicta tu ī mulieribꝰ. q̄ illā genera-
lē maledictiōeʒ euaſiſti q̄ dictū ē. ī doloꝛe
paries filios. ⁊ nihilominꝰ illā que ſequ-
ta ē. maledicta ſterilis ī iſrł. ac ſingularit
ɔſequta es bn̄dictiōeʒ. ut nec ſteril maneas.
nec cū doloꝛe parias. O ḡue iugū ſuper
omnes filias eue. q̄ ſi pturiūt. cruciāt. ⁊ ſi
nō pturiūt. maledicūt. ⁊ doloꝛ ꝓhibet pa
rere. ⁊ nō parere maledictio. Quid facies
uirgo q̄ h audis. q̄ h legis? Si pturis. an-
guſtiaris. ſi ſterilis manes. malediceris.
Quid eligis prudēs ꝟgo? Anguſtie ingt
mihi ſūt vndiq;. Melꝰ ē ingt mihi. male-
dictū incurrerē. ⁊ caſtā pmanē. q̄ ꝑus qdē
ɔcipe p ɔcupiam. ⁊ merito pꝰea cū doloꝛe
pturiā. Hic. n. uideo maledcm̄. ſ n̄ pctm̄.
illinc ꝟo ⁊ pctm̄ ſil ⁊ cruciatū. Deniq; h
maledictio qđ aliđ ē q̄ hoīuʒ expꝓbratio?
Neq; ob aliud ſane dr̄ ſterilis maledicta.
niſi q obpꝛobꝛio ⁊ ɔtēptui ſit bn̄da. tāq̄
īutilis ⁊ īfructuoſa. ⁊ h ī iſrł tantū. Mihi
aūt ꝓ minimo ē q hoibꝰ diſpliceo. dū me
poſſim ꝟginē caſtā exhibē xp̄o. O uirgo

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

prudēs. O uirgo deuota. qs te docuit deo placere p uirginitatē? Que lex. q̄ iuſticia. q̄ pagina ueteris teſti. uel ꝓcipit. uel ↄſulit. uel hortat᷑. i carne nō carnalit᷑ uiuere: ⁊ i terris angelicā uitā ducere? Ubi legeras btā uirgo. ſapia carnis mors ē. ⁊ curā carnis ne feceritis i deſiderio? Ubi legeras de uirginib⁹ q̄ cantāt cāticū nouū. qd nemo ali⁹ cātare pōt? ⁊ ſequūt᷑ agnū q̄cūq; ierit. Ubi legeras. laudatos eē q ſe caſtrauerūt ꝑpter regnū dei? Ubi legeras. i carne ambulātes nō ſcd̄m carnē militam⁹? Qui matrimonio iūgit ↄ̄ginē ſuā; bn̄ facit. ⁊ q nō iūgit meli⁹ facit. Ubi audieras. uolo uos eē ſicut me ip̄m. ⁊ bonū ē hoī ſi ſic ꝑmāſerit. ſcd̄; ↄſiliū meū. De ↄ̄ginib⁹ inqt ꝓceptū dn̄i nō hēo. ↄſiliū aūt do. Tu ↄ̄o nō dicā ꝓceptū. ſ₃ nec ↄſiliū. nec exemplū hūiſti. niſi q̄ unctio docebat te d̄ oib⁹ his. ⁊ ſermo dei efficax ⁊ uiuus. ante tibi factus ē mḡr. q̄ fili⁹. ꝑus iſtruxit mentē q̄ indueret carnē. Xp̄o ḡ deuoues te uirginē. ⁊ neſcis q̄ ipi te exhibere oporteat matrē? Eligis i iſt᷑ eē ↄtēptibil᷑. ⁊ ut illi placeas cui te ꝓbaſti. maledictū icurrere ſterilitatis. Et ecce maledictio bn̄dictiōe ↄmutat᷑. ſterilitas fecūditate recōpenſat᷑. Api ↄ̄go ſinū. extēde gremiū. prepa uterū. qa factur⁹ ē tibi magna q potēs ē. ut ꝓ maledictōe iſt᷑ btām te dicāt oēs generatōes. Nec ſuſpectā hēas prudēs ↄ̄go fecūditatē. qa nō aufert tibi itegritatē. H ille. Iſta inq; audiuit ⁊c.

¶ 19ᵒ tridēdo. Cū. n. puella tridet ꝓſūptuoſe uel iprudent᷑. ſiꝑ pura meditatiōe. ſignū ē audacis temeritatis. ⁊ laſciuiētis carnalitatis. Un̄ Amb° li° p̄ de officiis. dic ſic. Pulchra ↄ̄tus ē uerecūdia. ⁊ gr̄a ſuauis. gr̄a q̄ nō ſolū i fc̄is. ſ₃ etiā i ip̄is ſpectat᷑ ſermonib⁹. Nec modū ꝓgrediaris loquēdi. ne qd idecoꝝ ſermo reſonet tu⁹. Speculū. n. mentis plerūq; i uerbis refulget. Ip̄; uocis ſonū librat modeſtia. ne cui⁹q̄ offendat auditū uox forcior. Deniq; i ip̄o canēdi genere. ꝑma diſciplia ē uerecūdia. H ille. Btā ↄ̄go ad uocē āgeli ⁊ ſalutatōē ei⁹. aio ↄſternata ſtupet. ⁊ mirat᷑. iō in euāgelio dr̄. Turbata ē i ſermōe ei⁹. Sup q̄ Amb°. dic. Perturbamur ⁊ a nr̄o alienamur affcū. qn̄ reſtrigimur alic⁹ ſupioris ꝑ̄ſētis occurſu. Trepidare uirginū ē. ⁊ ad omēs uiri ingreſſus ꝑauē. oēs uiri affat⁹ uereri. H ille. Aio enī humili ⁊ pudico nihil ē mirabili⁹. q̄ audit⁹ ſue excellētie. iō Bern̄. ſup miſſus eſt. dic ſic. Solēt uirgines q uere ↄ̄gines ſūt: ſemp eē pauide ⁊ nūq̄ ſecure. ⁊ ut caueāt timēda. etiā tuta ꝑtimeſcere. ſciētes ſe in uaſis fictilib⁹ theſauꝝ portare p̄cioſuꝫ. ⁊ nimis arduū eē int᷑ hoīes uiuere ut angelū. ⁊ in terris more celeſtiū ↄuerſari. ⁊ i carne celibē agere uitā. Ac ꝓinde qcqd nouū qcqd ſubitū fuerit ortū. ſuſpectas hēre iſidias. totū ↄtra ſe extimare machinatū. idcirco turbata ē Maria i ſermone angeli. H ille. In h̄ apparet ↄtinētia uirginal᷑ cū hūilitate. ⁊c.

¶ 20. ꝑcipitando. Cū. n. puella laudib⁹ ſuis intēdit. dū iuueīs q̄ſpiā grādia de illa loq̄t᷑. nec ſecū mēte cogitat uerſutias blādiloqui. ſignū ē corrupte mētis. ⁊ laſciuiētis carnalitatis. iō Valeri⁹ maximus ait. Uerecūdia parēs ē omis honeſti ↄſilii. tutela oiuꝫ ſollēpniū officioꝝ. magra inocētie. cara ꝓximis. accepta aliēis. oi loco. oi tp̄e. fauorabilē p̄ ſe referēs uultū. H ille. Btā uirgo tā excelſa de ſe audiēs ab angelo. anq̄ daret riſionē. prudenī atq; hūilit᷑ intra ſe cogitauit. iō i euangelio dr̄. Et cogitabat q̄lis eēt iſta ſalutatio. Unđ Bern̄. ſup miſſus ē. dic ſic. Turbata ē. ſ₃ n̄ ꝑturbata ē. Turbat⁹ ſū iqt Dauid. ⁊ non ſū loqut⁹. ſ₃ cogitaui dies antiq̄s. ⁊ annos eternos i mēte hūi. Ita ḡ ⁊ Maria. turbata ē. ⁊ non ē loquta. ſ₃ cogitabat q̄lis eēt iſta ſalutatio. Q turbata ē. uerecūdie fuit uirginalis. q̄ nō ꝑturbata. fortitudinis. q̄ tacuit ⁊ cogitauit. prudētie. Cogitabat aūt q̄lis eēt iſta ſalutatio. Sciebat prudēs uirgo q̄ ſepe angel⁹ ſathane trāſfigurat ſe in angeluꝫ lucis. Et qa nimiꝫ ſimplex ⁊ hūil᷑ erat. nihil tale penit⁹ a ſcō angelo ſꝑabat. ⁊ iō cogitabat q̄l᷑ eēt iſta ſalutatio. H ille.

¶ 21° minādo. Cuꝫ. n. puella ſedet domi q̄eta ⁊ honeſta. tūc ꝓcus īſidiās honeſtati ſue. minat᷑ q̄ ſi ei nō cōſentiat. diuulgabit eā p ciuitatē. tanq̄ meretricē. Illa cōh̄ times cōſentit ꝓco. Sed bona Iuuenis faciat ſicut fecit Suſanna. d̄ q̄ Amb° li° p̄ d̄ officiis. dic ſic. Tacebat i piculis Suſanna. ⁊ graui⁹ uerecūdie. q̄ uite diſpēdiū putabat. nec arbitrabat᷑ piculo pudoris tuēdā ſalutē. deo ſoli loq̄bat᷑. cui poterat caſta uerecūdia loqui. refugiebat ora iueri uiroꝝ. H ille. Btā ↄ̄go arbitrabat᷑ iā q̄ꝫ ꝑatas ſibi īſidias. ꝓpterea timebat uerecunde pudicitie ſue. quā angel⁹ ↄfortās dixit ut i euāgelio dr̄. Ne timas Maria. Sup quo Bern̄. ſup miſſus ē. dicit ſic. Angel⁹ ītuit⁹ uirginē. ⁊ uarias ſecū uoluere cogitatōes facillime dep̄hēdens. pauidā ↄſolat᷑. ↄfirmat dubiā. ⁊ familiarit᷑ uocās ex nomīe. ne timeat ꝑſuadet. ne timeas inqt Maria. Nihil hic doli. nihil hic fallacie ē. Nullāꝫ circūuentiōē. nullas h̄ ſuſpicetis īſidias. Nō ſū hō. ſ₃ ſp̄ūs. Nō ſathane. ſ₃ dei angel⁹. Ne timeas Maria. H ille. Et Origenes ſuper Luc. dic. Apparēs angel⁹ ſciēs hāc eē hūanā naturā. ꝑmū ꝑturbatōi hūane medet᷑. Und tam Zacharie q̄ Marie p⁹ turbatōē. dicit. ne timeas. Nō. n. difficilis ē bonoꝝ ſp̄ūꝫ maloꝝq̄ diſcretio. Si. n. p⁹ timorē ſucceſſit gaudiū. a dn̄o ueniſſe ſciamus auxiliū. qa ſecuritas aīe. ꝑ̄ſētis maieſtatis indiciū ē. Et ſic pꝫ.

¶ 22° rixando. Cū. n. puella deſpōſata. ē uiro ſuo rixoſa i domo. cū alienis aūt ē pacifica ⁊ benigna. ſignū ē laſciuiētis carnalitatis. Unđ Dyogenes ph̄s. dic. Nulla ē uxor tam bona i q̄ nō īuenias qd ↄq̄rad. Sicut nihil ſup⁹ benigna ↄiuge. ita nihil īfeſta mliere crudeli⁹. Q̄to. n. ſapiēs uitā ſuā ꝓ uiri ſalute oppoit. tanto maliḡ ad mariti mortē etiā uitā ſuā reputat. Nihil ḡ mliere moleſti⁹ q̄ quātū uiro ↄiūctior. tātū diſiūctior alienoꝝ dulcedine. aut felle malicie. Mulier ſpecioſa. templū ē hedificatū ſup᷑ cloacam H ille. Btā ↄ̄go nō ē dedig̃ta uiro ſuo ſubeē. lꝫ angel⁹ ad ſublimiora ip̄āꝫ electā edocuerit. iō i euāgelio dr̄. Inueniſti grāꝫ apđ deū. Unđ Bern̄. ſup miſſus ē. dic. O ſi ſcires q̄tuꝫ tua hūilitas altiſſimo placeat. q̄ta te apud ip̄m ſublimitas maneat. angelico te idignā nec alloq̄o iudicāes. nec obſeq̄o. Ut qd. n. indebitā tibi dixeri grām apud deuꝫ. Inueniſti qd q̄rebas. īueniſti qd nemo añ te īuenire potuit. Inueniſti grāꝫ apud deū. Quā grāꝫ? Dei ⁊ hominū pacē. mortis deſtructōē. uite repationē. Hec ē gr̄a quā īueniſti. H ille.

